

Spiritus Vini rectif. P. 4.

Digere per diem, interdum agitando, calore 40° C. non superante, dein cola cum expressione. Residuum, affusus

Spiritus Vini rectif. P. 3,

eodem modo tracta.

Colaturae commixtae filtrataeque calore balnei vaporis evaporentur, et tum exsiccentur. Massa contrita in lagenulis optime clausis caute servetur. Efficiuntur 6-7 pCt. (*Ph. German., Brit.*)

Dosis: 0,01-0,03-0,04 ter quaterve per diem. *Dos. maxima:* 0,05, pro die 0,15!!

Extractum sudoriferum Smithii.

Rp. Radicis Sarsaparill. P. 2

— Liquiritiae

Ligni Guajacii

— Sassafra

Florum Cinae aa P. 1.

Contusae et mixtae eodem modo tractentur, qui ad parandum Extractum Arnicae praeceptus est.

Extractum Vitis Pampinorum.

Paretur e pampinis cum foliis Vitis viniferae recentibus eodem modo quo Extractum Aconiti herbae. *Dos.:* 4,0-12,0 pro die (epilepsia). Externe: contra lentiginis.

Extractum Vitis Pampinorum solutum.

Essentia Extract. Vitis Pamp.

Weinrankenextrakt zu Waschungen gegen Sommersprossen.

Rp. Extracti Vitis Pamp. P. 1

Aquae Rosae P. 8

Aquae Rubi Idaei P. 2

Spiritus V. rectifss. P. 1.

M. et filtra. (Contra lentiginis.)

Farina Amygdalarum.

Mandellkleie.

Rp. Amygdalarum amararum ex-
[1] cort. P. 100.

Concisae et lenissimo calore siccatae pulverentur. Tum adde

Farinae Triticii

— Oryzae

Radicis Iridis Flor. aa P. 50

Natri carbonici sicci

Boracis pulv. aa P. 5

Mixturae odoriferae moschatae P. 4.

Misce, fiat pulvis.

Rp. Amygdalarum amararum ex-
[2] corticarum

Radicis Iridis Florent.

Talci Veneti subt. pulv. aa
P. 50

Saponis optimi P. 15

Benzoës subt. pulv.

Boracis aa P. 5

Mixturae odoriferae P. 3.

M. f. pulvis.

Farina cacaotina.

Kontentmehl. Poudre Content.

Rp. Sacchari albi 500,0

Seminis Oryzae 1000,0

Massae Cacao 750,0

Cassiae cinnamom. 25,0

Caryophyllorum 10,0

Cardamomi 5,0

Balsami Peruviani 4,0.

M. Fiat pulv. subtilissimus.

Farina cacaotino-quercina.

Eichel-Cacao (Michaëlis).

Rp. Massae Cacao purae P. 10

Pulveris Cacao ab oleo liberati P. 20

Glandium Quercus a testa liberatarum et modice tostatarum P. 35

Sacchari albi siccati P. 30

Farinae hordei modice tostatae P. 5

Cineris Ossium siccati P. 2.

Misce, ut fiat pulvis subtilissimus et perfecte siccus, qui inter parationem cum cura accessui insectorum muscarumque prohibeatur. Hic pulvis in pyxidibus e lamina stannata confectis

servandus est. Cum lacte vaccino decocto combinatus potum alimentarium infantibus imbecillis praebet.

Farina Hordei praeparata.

Hordeum praeparatum.

Rp. Farinae Hordei bene exsiccatae q. v.

In vas stanneum comprimendo jaectandoque ingeratur, ut vasis duo trientes expleantur, et per 8 dies vase clauso calori balnei vaporis exponatur, vel donec farina colorem e luteo rubellum induerit. Post refrigerationem, strato summo farinaceo rejecto, massa residua per cribrum trajecta in vasis e lamina alba ferrea confectis et obturatis asservetur.

Rp. Farinam Hordei et tantum quidem in vas stanneum cylindraceum immitte ac fortiter comprime, ut vas circiter ad duos trientes usque repletum sit. Tum vas suspendatur in vesica destillatoria, aqua ad duos trientes repleta, et adaptato alembico, aqua bulliat diebus binis, utroque per horas quindecim. Strato supremo farinaceo ablato, massa siccetur et in pulverem redigatur. Sit pulvis e luteo rubellus, saporis subdulcis, valde mucilaginosus, odoris panis recentis hordeacei.

Farina Lini

Seminis.

Paretur pulverando placentas Seminis Lini post olei expressionem residuas. (*Ph. Germ.* Semen Lini pulveratum).

Faecula (Faecula)

Herbarum narcoticarum.

Rp. Succis recentis colati herbae narcoticae alicujus q. v.

Ebullitione coagulatio peragatur, tum faecula colando secernatur et calore modico siccetur. Serva in lagenis obturatis.

Fel Tauri depuratum siccum.

Fel Tauri purificatum.

Rp. Fellis Tauri recentis Spiritus V. rectifss. aa P. 100.

Conquassando exacte mixtas sepone per diem dimidium, dein filtra. E li-

quore filtrato Spiritu Vini calore balnei vaporis elicito, residuo ex destillatione admisce

Carbonis animalis recens depurati

adhuc humidi (parati e Spodii venalis P. 15) eam quantitatem, ut liquoris macerati portiuncula exempta filtrataque coloris sit subflavi. Tum filtretur et liquor calore balnei vaporis ad siccum redigatur. Eff. P. 7. Serva in vasis bene clausis.

Sit pulvis e subflavo albus, eodem colore in Aqua et Spiritu Vini rectificatissimo limpidè solubilis, facile humescens, accensus residuum relinquens exiguum album, quod reactionem alcalinam praebet. *Ph. Germanica.* Dosis: 0,3—0,5—1,0. *Ph. Brit.* Sit consistentiae extracti grad. III.

Fel Tauri inspissatum.

Fel Bovis inspissatum. Extractum Fellis bovini.

Rp. Fellis Tauri recent. q. v.

Colatum calore balnei vaporis inter agitationem ad extracti gradus III spissitudinem evaporetur.

Ph. U. St. Fellis rec. 100,0 evaporata usque ad 15,0 remanentia.

Ferculum Saxoniae.

Fercolo di Sassonia.

Rp. Seminis Oryzae P. 400

Sacchari P. 120

Cassiae cinnam. P. 3.

M. Fiat pulvis subtilissimus.

Fermentum.

Fermentum Cerevisiae. *Hefe.* Yeast.

Rp. Mellis P. 5

Tartari depurati pulv. P. 1

Malti (polentae tostae) P. 16

Aquae tepidae (45° C.) P. 60.

Misce agitando et loco tepido per aliquot dies sepone, donec fermentum exortum fuerit. Tum per cribrum funde.

Fermentum pressum.

Press- oder Pfundhefe.

Rp. Malti Hordei (polentae) contriti P. 1

Farinae secalinae P. 10.

In dolium ingestis admisce

Aquae calidae (60—63° C.)
P. 75.

Sepone per 3—4 horas. Deinde mixtionem ad 25° C. refrigeratae admisce inter agitandum

Faecis Cerevisiae eascendentis, quantum libet, et sepone loco temperaturae ejusdem. Spuma tum, quae in superficiem ascendit et accrescit, probe auferatur atque colligatur, quamdiu oritur.

Spuma collecta ope aquae frigidae per cribrum setaceum trajiciatur, dein, largiore aqua commixta, ad sedimentandum per horas 12 seponatur, et colando exprimendoque per linteum separatur. Placentas, parte decima ponderis earum

Calcariae phosphoricae admixta, charta densiore involutas ne ultra tres hebdomades loco frigido atque sicco asserves.

Hoc fermentum pressum cum

Amyli q. s.

commistum et loco aëri pervio exsiccatum exhibet:

Fermentum pressum siccum.

Nota. Fluidum defaecatum ad Aceti praeparationem adhibeas.

Rp. Lupulini P. 1

[²] Farinae secalinae P. 150

Aquae fervidae P. 200.

Mixtis et ad 25° C. refrigeratis adde

Fermenti Cerevisiae P. 25.

Tum sepone loco temperato (20° C.) per 24—36 horas, ut miscela fermentet. Dein subigendo admisce

Farinae hordeaceae P. 150

Calcariae phosphoricae basicae subt. pulv. (farinae albae subtilis ossium ustorum) P. 150.

Fiat pasta densior, quam in liba plana redactam et tum loco vix tepido exsiccata serves.

Usus. Frustula hujus fermenti in aqua tepida per 12—16 horas mace- rantur, et deinde adhibeantur.

Rp. Fermenti cerevisiae circiter
[³] P. 120.

Per pannum gossypinum cohum (Gaze) colatis affunde

Ammonii phosphorici P. 2 solutas in

Aquae P. 15.

Dein mixtura aqua diluatur, ut expleat P. 350. Post agitationem sepone per horam unam, tum liquore decanthato massa fermenti sedimentata colligatur et aqua frigida abluatur. Quo facto recipe

Malthi Hordei (polentae) in aëre siccato, contusi P. 150, quae superfundantur

Aquae P. 300.

Macera per diem dimidium, tum loco ad 50—60° C. calefacto sepone per horam unam et cola. Colatura, admixta agitando

Acidi tartarici P. 1/2,

seponatur per diem unam loco tepido (20—25° C.), tum commisceatur cum illa

Massa fermenti sedimentata et maceratio per dies duos calore 25—35° C. peragatur. Fermentatione finita, fermentum exortum in linteo collige et ope preli exprime.

Liquorem a fermento separatum fermentatione acida in Acetum transmutare potes.

Fermentum pulvereum.

Gährpulver. Hefepulver.

Rp. Fermenti pressi humidi (recentis) P. 100

Farinae e pisis paratae P. 30

Natri bicarbonici

Calcariae tartaricae aa P. 10

Calcariae phosphoricae basicae subt. pulv. (farinae ossium ustorum) P. 25

Ammonii phosphorici P. 15.

Mixtae et in pastam redactae in taleolas tenuissimas dissecantur et loco tepido siccantur, tum, admixtis

Sacchari amylacei P. 20, in pulverem redigantur.

Ferro-Ammonium citricum.

Ferrum citricum cum Ammonio. Ferrum citricum ammoniatum. Ferri-Ammonii Citras. *Ammoniumferricitrat.*

Rp. Ferri citrici sicci P. 10

[¹] Acidi citrici cryst. P. 4.

Solve in

Aquaе dest. fervid. P. 50.

Solutioni filtratae instilla

Liquoris Ammonii caustici quantum requiritur, ut Ammonium aliquantulum praevaleat. Deinde liquor calore balnei vaporis ad siccum evaporetur. Residuum contritum et bene siccatum statim in lagenulis obturatis serva. Effic. circiter P. 15. (*Ph. Bav.*)

Si vis sal lamellatum efficere, liquor leni calore ad syrupi spissitudinem redactus laminis vitreis inducatur et loco tepido, a luce remoto exsiccat.

Rp. Acidi citrici P. 2

[2] Aquaе destillatae P. 8.

Solutioni admisce

Ferri oxydati fuscii, recens praecipitati et adhuc humidum eam quantitatem,

ut post digestionem longiorem, leni calore effectam, et inter agitationem repetitam paullum non solum super sit. Tum liquorem filtra, filtrum paulo aquae eluendo.

In liquore filtrato solve

Acidi citrici P. 1.

Quo facto admisce

Liquoris Ammonii caustici

q. s.,

ut ammonium paullum praevaleat, tum liquor in patinam porcellaneam immixtus leni calore ad syrupi spissitudinem evaporetur et super vasa plana porcellanea vel vitrea extensus exsiccat.

Sit sal siccum, amorphum, plerumque lamellas tenues diaphanas referens, coloris e rubro fuscii, saporis pungentis salini, postea mitis ferruginei. *Ph. Germanica.*

Dosis: 0,25—0,3—0,5 ter quaterve die. Contra cholera Asiaticam in Italia laudatur. Singulis horis 0,5, in stadio secundo singulis horis 1,0, in stadio tertio semihorio 2,0.

Ferro-Ammonium pyrophosphorico-citricum.

Pyrophosphas ferricus cum Citrate ammonico. Ferrum pyrophosphoricum cum Ammonio citrico. *Pyrophosphate de Fer citrico-ammoniacal.*

Rp. Natri pyrophosphorici P. 85.

Solutas in

Aquaе destillatae P. 800

paullatim infunde in

Liquoris Ferri sesquichlorati (pond. spec. 1,280) P. 130

antea dilutas

Aquaе destillatae P. 500.

Praecipitatum inde exortum, aqua destillata bene elotum et adhuc humidum ingeratur in liquorem paratum ex

Acidi citrici P. 26,

solutis in

Aquaе destillatae P. 50 et

Liquoris Ammonii caustici ea quantitate,

ut valde praevaleat. Solutione perfecta liquor flavidus leni calore ad syrupi spissitudinem evaporetur, dein supra patinas planas extensus vel laminis vitreis inductus calore hypocausti (30—40° C.) exacte exsiccat, ut lamellae lucidae obtineantur. *Ph. Gall.*

Sint lamellae e viridi flavae, saporis mitis ferruginei, in aqua facile et perfecte solubiles. Solutio liquore Ammonii caustici admixto nullum praecipitatum demittat, cum liquore kali caustici autem calefacta inter emissionem gasis Ammonii praecipitatum e flavido album praebet. In partibus centum continet partes duodeviginti ferri metallici. *Dosis:* 0,2—0,3—0,5 ter quaterve per diem.

Ferro-Ammonium sulfuricum.

$\text{AmO,SO}^3 + \text{FeO,SO}^3 + 6\text{HO}$. Ferrum sulfuricum ammoniatum. *Eisendoppelsalz. (Reagens.)*

Rp. Ferri sulfurici crystallisati

[1] P. 100

Ammonii sulfurici sicci P. 48

Aquaе destillatae P. 600.

In cucurbitam immissis fiat solutio leni calore, dein instillantur

Acidi sulfurici diluti P. 5.

Post agitationem liquor filtratur atque evaporando seponendoque in crystallata cogatur, quae premendo inter strages chartae bibulae exacte desiccantur. Lixivium ultimum rejiciatur.

Serva crystallata in vitris bene obturatis. Melius hoc modo agitur:

Rp. Ferro-Ammonii sulfurici cry-
[²] stallisati q. v.

Solve in

Aquae destill. quadruplo.


Liquorem filtratum immisce in

Spiritus V. rectifss. Volumi-
nis duplum

et agita. Quadrante horae praeter-
lapso statim praecipitatum salinum in
filto collige, Spiritus Vini rectificati
paulo ablue et inter strages chartae
bibulae premendo exacte desicca. Sint
crystallula coloris fere expertia, ab
humiditate liberata in aëre persi-
stentia. Bene servantur in lagenis
obturatis et a luce non remotis.

Ferro-Ammonium tartaricum.

Ammonium ferrico-tartaricum. Ferrum
tartaricum ammoniatum. Ammonium
tartaricum ferratum. Tartras Ammonii
ferri. *Ammoniumferritartrat.*



Rp. Acidi tartarici P. 15.

In

Aquae destill. P. 80

solutis instilla

Ammonii caustici soluti P. 34

vel q. s.

ad perfectam neutralisationem. Dein
adjice

Acidi tartarici P. 15

quae digerendo solvantur. Quo facto
adjice

Ferri oxydati hydrati recens
praecipitati

et ope preli exprimendo ab humido li-
berati P. 14 aut quantum requiritur,
ut inter lenem digestionem agitando
(semper a luce liquor remotus sit) por-
tioncula non soluta remaneat. Dein
filtra et liquorem leni calore ad circiter
P. 70 evaporando reductum laminis
vitreis indue et calore hypocausti, a
luce remotum desicca. Effic. circ. P.
55. Serva in vitriis obturatis. Sint
lamellae lucidae rubicundae.

Ferro-Chininum citricum.

Citras ferrico-chininicus s. ferrico-qui-
ninicus. Chininum ferrico-citricum.
Ferri-Chininum citricum. Citras Ferri
et Quiniae.

Citrate of Iron and Quinia.

Rp. Ferri sulfurici oxydati soluti
(pd. spec. 1,318) P. 17

Chinini sulfurici P. 2

Acidi sulfurici diluti (pond.
spec. 1,115) P. 2

Acidi citrici P. 6

Ammonii caustici soluti q. s.

Aquae destillatae q. s.

Ammonii caustici soluti P. 14, dilu-
tae Aquae destillatae P. 80, inter agi-
tationem immisceantur Ferro sulfurico
oxydato soluto, quod antea Aquae de-
stillatae P. 80 dilutum est. Mixtura
aliquoties agitata post horas duas in
colatorium ingeratur et praecipitatum
hoc modo collectum perfecte Aqua de-
stillata eluatur.

Postea Chininum sulfuricum in Aquae
destillatae P. 16 cum Acido sulfurico
diluto solvatur, ex quo liquore addendo
Ammonii caustici soluti quantitatem
excedentem Chininum hydricum praeci-
pitarur, quod in filto collectum sen-
sim affundendo Aquae destillatae P. 60
eluatur.

Acido citrico, calore aquae balnei
in Aquae destillatae P. 10 soluto, adde
illud praecipitatum ferricum antea ab
aqua quam maxime liberatum, et agita,
ut solutio perficiatur. Quo facto ad-
misce Chininum hydricum agitationem
continuando, donec solutum fuerit. Li-
quori refrigerato paulatim atque par-
vis temporis spatiis intermissis immisce
Ammonii caustici soluti P. 3, antea
Aquae destillatae P. 4 dilutas, ita
tamen, ut portio altera Ammonii non
prius addatur, quam Chininum inde
praecipitatum re-solutum fuerit. Po-
stremo liquor filtratur, evaporando ad
syrupi spissitudinem redigatur et la-
minis porcellaneis vel vitreis inductus
calore 35° C. non excedente exsiccetur.
Denique sal conradendo collectum in
lagenas bene obturatas condatur. Sint
lamellae coloris et subviridi aurei, pau-
lum hygroscopicae. (*Ph. Brit.*)

**Ferro-Chininum
citricum effervescens.**

Citras Ferri et Quininae effervescens.

Rp. Ferro-Chinini citrici, citratem
ferricum continentis, 10,0
Natri bicarbonici 300,0
Acidi tartarici 270,0
Sacchari albi 320,0.Singula corpora antea loco tepido
siccata et pulverata misce.Si pulverem in granula minora traducere vis, misce cum Spiritus vini absoluti q. s., ut pasta mollis efficiatur, quae primendo per cribrum laminarium trajecta in granula minora transformata loco tepido siccetur. (*Nat. Form.*)**Ferro-Kali tartaricum
crudum.**Tartarus ferratus. Globuli martiales.
Tartarus martiatus pulveratus.
Stahlkugeln.

Rp. Ferri limati P. 1

Tartari depurati pulv. P. 5.
Mixtae injectaeque in vas figulinum aqua humectentur, ut fiat puls tenuior. Sepone loco calido et saepius agita, aquam, quae exhalata fuerit, iterum iterumque affundendo, donec massa colorem nigrum induerit et portiuncula exempta in aqua maxima ex parte soluta liquorem e viridi nigrum reddat. Tum massam loco tepido exsicca et in pulverem redige.

Pharmacopoeae ceterae, ut e massa globulos formes, praecipiant. Conf. Globuli tartari ferrati.

Usus: ad balneum 30,0—50,0—100,0.**Ferro-Kali tartaricum
purum.**Tartaras ferrico-kalicus. Ferrum tartaratum. Tartarus martiatus purus. Tartarus ferratus (in lamellis). *Ferrikaliumtartrat. Weinsaures Ferrylkalium. Eisenstein.* $C_4H_4K(Fe^2O_3 \cdot O_6 - KaO, C^4H^2O^5 + Fe^2O^3, C^4H^2O^5 = 518.$ Rp. Ferri oxydati hydrati ($Fe^2O^3 + 3HO$), adhuc humidi eam quantitatem,quam P. 30 Ferri sulfurici oxydulati cryst. oxydando praecipitandoque, vel P. 35 $\frac{3}{4}$ Ferri sulfurici oxydati humidi,vel P. 73 Ferri sulf. oxydati soluti pond. spec. 1,318, vel P. 33 $\frac{1}{2}$ liquoris Ferri sesquichlorati pond. spec. 1,481 vel P. 58 liquoris Ferri sesquichlorati (10% Fe) pd. sp. 1,280 praecipitando et aqua frigida bene eluendo praebent. Praecipitato, admixtisAquae dest. frigid. P. 100,
inter agitationem ope bacilli vitrei adjice

Kali bitartarici, a Calcaria liberati, pulverati P. 20.

Post horam unam mixtura agitata calore balnei aquae (lucem prohibendo) per horas tres digeratur, dein, affusis

Aquae destillatae tepidae P. 60
per dies duos seponatur.

Liquor decanthando filtrandoque limpidus factus calore leni balnei aquae (55—65° C.) inter agitationem (lucem semper prohibendo) evaporetur et syrui penicillini adhuc calidus ope penicilli laminis vitreis illinatur. Massa loco tepido (30 ad 40° C.) siccata colligatur et in vitris bene obturatis servetur. Effic. P. 27. Sint lamellae pelliculae, e rubro fuscae, in aëre paululum humescentes.

Dosis: 0,3—0,5—1,0 bis terve per diem.**Ferro-Natrum pyro-
phosphorico-citricum.**

Liquor Ferri natro-pyrophosphorico-citrici.

Paretur eodem modo, quo Ferro-Ammonium pyrophosphorico-citricum, nisi quod loco Liquoris Ammonii sumatur Natri carbonici crystallisati, in aqua soluti, quantum requiritur, ut Acidum neutralisetur.

**Ferro-Natrum
pyrophosphoricum.**

Pyrophosphas ferrico-sodicus. Natrium pyrophosphoricum ferratum. Natrium ferro-pyrophosphoricum. Ferrum natro-pyrophosphoricum.

 $Fe_4(P_2O_7)_3 \cdot 3(Na_4P_2O_7) + 14H_2O.$

Rp. Natri pyrophosphorici crystallisati P. 10.

Solve in

Aquae dest. fervid. P. 100.

Liquori filtrato, paulum refrigerato sensim instilla

Liquorem Ferri sesquichlorati,

quamdiu praecipitatum inde exortum inter agitationem et macerationem resolvitur. Dein, admixta

Natri pyrophosphorici cryst.

P. 1,

liquor leni calore ad Partes 100 remanentes usque evaporando redactus laminis vitreis penicilli ope illinatur et loco tepido siccetur. Sint lamellae albae nitentes.

Phosphate de fer soluble de Leras.

Rp. Natri pyrophosphorici crystallisati P. 100.

Solve in

Aquae dest. fervid. P. 200, et liquorem adhuc fervidum cola. Tum adde

Liquoris Ferri sesquichlorati (pd. sp. 1,282) P. 26 vel q. s., ut praecipitatum inde exortum digerendo resolvatur. Liquor, si opus fuerit, filtratus et paullum refrigeratus commisceatur cum

Spiritus V. rectfss.

volumine aequali et loco frigido seponatur. Sedimentum exortum solve in

Natri pyrophosphorici cryst. P. 20

solutis

Aquae destill. fervidae P. 70 vel tanta hujus liquoris quantitate, ut solutio perficiatur. Tum liquor laminis vitreis illinatur et siccetur, ut lamellas albidas nitentes colligere possis.

Dosis: 0,2—0,3—0,5 bis terve per diem.

Ferro-Natrum pyrophosphoricum solutum.

Liquor Ferri pyrophosphorici. Solutio Pyrophosphatis natrico-ferri.

Rp. Natri pyrophosphorici crystallisati P. 72.

Solve leni calore in

Aquae destillatae P. 1300.

Liquori refrigerato filtrato inter agitationem instilla liquorem frigidum solvendo paratum e

Ferri sesquichlorati crystallisati P. 18

(vel Liquoris Ferri sesquichlorati, pond. spec. 1,282, P. 37)

et Aquae destillatae P. 90.

Sepone per horam unam et saepius agita, ut praecipitatum exortum resolvatur. Tum admisce

Aquae destillatae

eam quantitatem, ut pondus liquoris exaequet

Partes 1500.

Filtra. Partes 100 liquoris continent P. 1 Ferri pyrophosphorici.

Serva in lagenis obturatis, a luce remotis.

Rp. Ferri pyrophosphorici P. 1
[²] Natri pyrophosphorici crystall. P. 5

Aquae destillatae P. 95.

Macera, saepius agitando, per dies duos, tum filtra.

Solution de Leras. Phosphate de fer soluble. Pyrophosphate de Fer et de Soude de Leras.

Rp. Natri pyrophosphorici crystallisati 40,0.

Solve leni calore in

Aquae destillatae 1500,0.

Liquori prorsus refrigerato instilla inter agitationem liquorem frigidum, solvendo paratum e

Ferri sulfurici oxydati humidum 10,5

Aquae destillatae 150,0.

Sepone per diem unum et saepius agita, tum inter agitandum sensim admisce

Acidi sulfurici diluti 12,0 vel q. s.,

donec liquor coloris expers evaserit. Postremo filtra.

Ferro-Strychninum citricum.

Citras Ferri et Strychninae. Ferri-Strychninum citricum. *Strychninferricitrat.*

Rp. Ferri-Ammonii citrici 98,0.

Solve in

Aquae destillat. 100,0.

Tum admisce

Strychnini

Acidi citrici ana 1,0

soluta in

Aquae destillat. 20,0.

Liquor filtrando limpidus factus et

in balneum aquae collocatus calore 60° C. non superante inter agitationem evaporetur. Liquor ad spissitudinem syrupi redactus ope penicilli laminis vitreis illinatur, tum loco tepido ad siccum redactus colligatur. Serva lammellas in vitris obturatis et a luce solis remotis. *Ph. U. St.*

Continet partem unum Strychnini in centenis partibus. Tonicum amarum.

Dosis: 0,2—0,3 bis terve per diem.
Dos. max.: 0,75, pro die 2,5!!

Ferrum aceticum siccum.

Acetas ferricus.

Ferrum aceticum solutum evaporetur in vase porcellaneo plano, calore 25° C. non excedente, ad siccum idque ita, ut centenae partes liquoris praebent *P. 20*. Remanens massa contrita asservetur. Sit pulvis coloris rufi, in aqua lente sed tamen perfecte solubilis, a ferro oxydulato liber.

Ferrum aceticum solutum.

Solutio Acetatis ferrici. Liquor Ferri acetici s. Acetatis.

Rp. Ferri sulfurici oxydati humidi *P. 6*

(vel *Liq.* Ferri sulfurici oxydati, *pd. sp.* 1,318, *P. 13*, vel Ferri sulfurici crystall. oxydulati *P. 5* in sulfatam ferricum conversas; vel Ferri sesquichlorati soluti *pond. spec.* 1,523 *P. 6*, vel hujus liquoris *pond. spec.* 1,281, *P. 10*).

Solve in

Aquae destill. frigid. *P. 30*.

Liquorem inter assiduam agitationem sensim affunde mixtioni paratae ex

Ammonii caustici soluti

P. 12 et

Aquae destill. frigid. *P. 100*.

Praecipitatum inde exortum, in linteo collectum, aqua frigida exacte elotum, leniter preme, tum, linteo charta bibula involuto, pressio repetatur, quamdiu charta humescat vel donec massa pressa par sit circiter

Partibus 5.

Praecipitatum hoc modo ab aqua adhaerente maxima ex parte liberatum statim in lagenam ingeratur et, affusis

Aceti concentrati (*pond. spec.* 1,039—1,040) *P. 8*

loco frigido, lucem prohibendo, seponatur, saepius agitando, donec quantalacunque Ferri oxydati hydrati portiuncula non soluta remaneat. Dein cola per linteum et hoc ipsum ea copia Aquae destillatae elue, ut colatura par sit *P. 12,5* (12½) et liquoris p. centenae contineant partes 8 ferri vel *p. 11,4* ferri oxydati.

Rp. Liquoris Ferri sesquichlorati

[²] (*pd. sp.* 1,280) 50,0

Aquae destill. 250,0.

Mixta inter agitationem sensim infunde in

Liquoris Ammonii caustici

(10%) 50,0 vel q. s.

diluta miscendo cum

Aquae destillatae 1000,0.

Mixtione peracta, liquor adhuc reactionis alcalinae sit. Praecipitatum aqua perfecte elutum fortiter exprimatur, tum in cucurbitam vitream ingestum superfundatur

Acidi acetici diluti (30%; *pd. sp.* 1,041) 40,0.

Sepono loco frigido umbrosoque et saepius agita, donec solutio fere perfecte effecta fuerit. Liquori filtrato

Aquae destillatae q. s.

adde, ut *pond. spec.* 1,087—1,091 adeptum sit vel 100,0 expleantur.

Sit liquor coloris intense ex rubro fusci, acidum aceticum redolens, ad ebullitionem calefactus sedimentum e rubro fuscum praebens. Partes centenae *p. 4,8—5* Ferri vel *6,86—7,1* Ferri oxydati continent.

Cum liquore Ammonii caustici praevalente mixtus praebet filtratum, quod aqua hydrosulfurata ne turbetur, neve ad siccum evaporatum calore aucto residuum ullum relinquat. In vasis bene clausis, a luce remotis servetur. *Ph. German.*

Ph. Brit. Ferri acet. soluti conc. 10,0 misce cum Aquae dest. 29,0. (1,6% Fe) *Pd. spec.* 1,031.

Ferrum aceticum liquidum.

Ad usum technicum.

Paretur aequali modo quo liquor primum notatus, nisi quod praecipita-

tum minus fortiter exprimatur et Aceti concentrati *P.* 10 affundantur. Colatura ad *P.* 25 aqua frigida diluta continet in centenis partibus *P.* 4 Ferri.

**Ferrum aceticum
solutum concentratum.**

Liquor Ferri Acetatis fortior *Ph. Brit.*

Rp. Ferri acetici soluti (8%) 100,0

Aquae destill. 23,0 vel q. s.,
ut mixturae centenae partes contineant
partes 6,47 ferri metallici vel 9,25 ferri
oxydati et pondus spec. 1,127 attingat.

**Ferrum albuminatum
liquidum.**

Liquor Ferri albuminati *Drees.*

Rp. Albuminis ovi siccati, grosso

[¹] modo pulv. 35,0.

Solve agitando in

Aquae dest. tepidae (40° C.)
300,0,

tum cola. Liquori ad 40° C. tepefacto
inter agitationem repente admisce

Ferri oxydati dialysati 120,0

Aquae destill. 240,0

diluta. Quo facto statim admisce

Liquoris Natri caustici a

carbonate liberi (pd. sp.
1,160) 7,0

antea diluta addendo

Aquae destill. 100,0.

Statim fortiter conquassa. Deinde se-
pone loco umbroso, interdum agitando.
Liquori sedimentando sensim clare-
scenti adde miscelam paratam e

Tincturae aromatica 5,0

Spirit. vini Cognacensis 50,0

Spirit. vini (90%) 100,0

Olei Cinnamomi 0,3 et

Aquae destill. q. s.,

ut liquoris pondus totius 1000,0 expleat.

Rp. Albuminis ovi siccati, grosso

[²] modo pulv. 35,0.

Solve in

Aquae destill. 1000,0.

Liquorem colatum inter agitationem
repente radioque tenui infunde in

Liquoris Ferri peroxychlorati

(pd. sp. 1,050, Ferri 3,5%)
120,0

Aquae destillat. 1000,0

diluta. Tum instilla, si opus fuerit
copiam sufficientem miscelae e Liq.
Natri caust. p. 5 et aquae p. 95, ut
liquor sit perfecte neutralisatus. Prae-
cipitatum exortum sedimentando, liquo-
rem decanthando, aquam affundendo
etc. tandiu eluatur, donec Acidum hy-
drochloricum fere prorsus remotum sit.
Praecipitatum tum in colatorio linteo
collectum in lagenam magnamingere
et ei affunde

Liquoris Natri caustici (pd.
sp. 1,170) 3,0

diluta addendo

Aquae destillat. 50,0.

Agita, donec solutio effecta fuerit, tum
adde

Spiritus Vini (90%) 150,0

Aquae Cinnamomi 100,0

Tinct. aromatic. 2,0 et

Aquae destillat. q. s.,

ut miscela 1000,0 expleat. Sit liquor
vix turbidulus, e rubro fuscus, reacti-
onis minime alkalini et saporis leni-
oris, ferrum vix indicantis, in grmm.
centenis fere grmm. 0,4 Ferri continens.
Loco a luce remoto servetur. *Ph.*
German.

Dos.: 2,0—4,0—5,0 bis terve per diem
(ulcus ventriculi, anaemia, aethenia).

**Ferrum albuminatum
siccum s. lamellatum.**

Eisenalbuminat.

Rp. Albuminis ovi recentis 110,0.

Misce agitando cum

Aquae dest. tepidae 50,0,

tum cola per telam lanuginosam. De-
inde inter agitationem admisce

Liquoris Ferri sesquichlorati

(pd. sp. 1,280) 5,0.


Miscelam ad 35° C. calefactam agita,
donec massa coagulata soluta est, tum
infunde in patinam paulum planam et
sepone loco tepido, cujus temperatura
40° C. ne superet, interdum agitando.
Liquorem ad syrupi densioris spissi-
tudinem reductum tabulis porcellaneis
vel vitreis illine et loco tepido, cujus
calor 40° C. nunquam superet, sepone.

Massam siccata, cultri ope discussam serva in vitris clausis, a luce remotis.

Loco albuminis recentis 100,0 etiam sumantur 10,0 albuminis siccati, quae in aquae 100,0 solvenda sunt. *Dosis*: 0,5—1,0 bis terve per diem.

Ferrum arsenicum.

Ferrum oxydulatum arsenicum. Arsenias ferrosus. *Arseniate de fer Ph. Gall. Arseniate ferreux.*



Rp. Arsenici albi

[¹] Kali nitrici aa P. 4.

Pulveratae et mixtae ollae porcellaneae aut crucibulo Hassiaco immitantur, ad dimidium tantum implendo, cui alia olla inversa, in fundo perforata leviter superpetegatur. Igne caute circumdato, massa, sub divo, primum liquescat, tum, vapores nitrosos et arsenicales (circumspecte evitandos, ne imbibantur) exhalando rubescat et denique tranquille fluat. Crucibulo ab igne remoto, massa salina exenta in aqua fervida destillata solvatur, et solutioni filtratae admisceatur solutio aquosa filtrata

Ferri sulfurici oxydulati crystallisati,

quandiu praecipitatum efficitur. Praecipitatum aqua destillata frigida sedulo ablutum loco umbroso siccetur, in vitro clauso sollicito servetur, atque maxima cura dispensetur. Fluidum praecipitato supernatans, Acido arsenico adhuc impletum, aequali cura in locum separatum rejiciatur. Sit pulvis viridulus, in aqua non solubilis.

Rp. Natri arsenicici cryst. 50,0.

Solve in

[²] Aquae destill. 500,0.

Huic liquori inter agitationem admisce

Ferri sulfurici cryst. 42,0, soluta in

Aquae destill. 200,0.

Praecipitatum aqua elutum citatim loco tepido siccetur et in vitris dense obturatis servetur. *Ph. Gall.*

Pulvis albus, in aëre virescens, in aqua insolubilis, in liquore Ammonii caustici solubilis, liquorem viridem praebens. *Dosis*: 0,005—0,01—0,025, de die 0,15! *Usus*: contra mala her-


Hager.

petica, pityriasis, cancrem exulceratum etc. Detur in forma pilularum.

Ph. Brit. praecipit Ferri sulfurici cryst. 20,75, in aqua soluta, praecipitanda addendo solutionem Natri arsenici 15,75 et Natri bicarbonici 4,5. Praecipitatum elotum calore 37,8° C. non superante siccetur.

Ferrum bromatum.

Brometum s. Bromuretum ferrosium.



Rp. Ferri pulverati P. 5

Aquae destillatae P. 30.

In lagenam immissis paulatim instilla

Bromi P. 10

et interdum leniter agita, donec liquor colorem subviridem induerit. Tum filtra et liquorem limpium celeriter evaporando ad siccitatem redige. Massa residua e luteo fusca (deliquescens) statim in lagenulis vitreis, optime obturatis asservetur. (*Ph. Belg.*)

Ad dispensationem ferrum bromatum solum ex tempore parare laudatur. *Dos.*: 0,05—0,1—0,25 (diarrhoea chronica, fluor albus, gonorrhoea, diphtheritis etc.).

Ferrum bromatum solutum.

Brometum s. Bromuretum ferrosium solutum. Liquor Ferri bromati.

Rp. Ferri pulverati P. 10

Aquae destill. P. 60.

In lagenam immissis affunde

Bromi P. 20

et interdum agita, donec liquor colorem subviridem induerit. Quo facto admisce

Aquae destill. P. 40

et filtra, residuum in filtro quam minimo ea aquae copia eluendo, ut liquor filtratus

Partes 135

expleat. Non nisi recens paratus dispensetur. Partes centenae continent P. 20 Ferri bromati. Ex tempore parandum!

Ferrum carbonicum mellitum.

Hydrocarbonas ferrosus mellitus.

Rp. Ferri sulfurici cryst. (a sulfate ferrico liberi) 25,0.

Solve in

Aquae destill. 150,0

Syrupi Sacchari 10,0.

Liquori huic filtrato, in lagenam infuso admisce solutionem filtratam, paratam e

Natrii carbonici cryst. 29,0

Aquae fervidae 150,0

Syrupi Sacchari 10,0.

Sedimento deposito, liquor decanthe-
tur, tum sedimentum denuo affundantur

Aquae destill. 300,0

commixta cum

Syrupi Sacchari 10,0.

Conquassatione peracta sepone et postea decantha. Eodem modo elutio sedimenti repetatur, usque dum liquor decanthatus reactionem Acidi sulfurici nullam praebeat. Sedimentum in colatorio linteo collectum, tum leniter expressum statim cum

Mellis 15,0

commisce et mixtionem hanc calore balnei aquae evapora, donec 20,0 ad 20,5 remaneant, quae in vase vitreo optime clauso servantur.

Sit massa viridis, tenax, spissa, saporis dulcis, ferruginei, in Acido hydrochlorico, gas Acidi carbonici evol-
vendo, solubilis, quae solutio aqua diluta cum Kalio ferrico-cyanato praecipitatum coeruleum demittit.

Ph. Fennica modum parationis aequalem praecipit.

Ferrum carbonicum pultaceum.

Paretur uti de paratione Ferri carbonici saccharati praeceptum est, nisi quod sedimentum elotum et tantum filtrando a parte maxima humiditatis liberatum, Saccharo non addito dispenses. D. in vitro amplo orificio instructo et embolo vitreo clauso. (*Ph. Hb.*)

Ferrum carbonicum saccharatum.

Carbonas Ferri (s. ferrosus) saccharatus.

Rp. Natrii bicarbonici P. 7.

Solve in

Aquae destill. calidae P. 100.

Liquori colato in cucurbitam vitream (capacitatis P. circiter 150) immisso

inter agitationem paulatim admisce solutionem paratam e

Ferri sulfurici cryst. P. 10

Aquae fervidae P. 20,

ita ut Acidum carbonicum inde evolutum partem vacuum lagenae impleat. Tum usque ad ebullitionem fervefac, dein cucurbitam obtura et per horam unam repone. Fluido refrigerato a sedimento tunc defuso, cucurbita saepius aqua cocta impleatur et fluidum a sedimento defundatur, donec hoc bene ablutum sit et liquor defusus, acidofactus Baryo chlorato soluto vix turbetur. Dein sedimentum in filtro linteo collige, ut ab aqua, quantum fieri potest, separetur, et sine mora commisce cum

Sacchari albi pulv. P. 16.

Tum miscelam quam celerrime in patina porcellanea vel ferrea calore balnei vaporis ad siccitatem redige. Residuum in pulverem redactum in lagenis obturatis serva. Sit pulvis e viridi cinereus, cum acidis effervescens. Constat e P. 1 Ferri carbonici oxydulati et P. 4 Sacchari.

Rp. Ferri sulfurici puri P. 50.

[²] Aquae destill. fervidae P. 200

solutas infunde in lagenam vitream, collo angustiore instructam et satis amplam, quae

Natrii bicarbonici P. 35

Aquae destill. tepidae P. 500

solutas continet. Lagenae partem vacuum imple aqua bulliente, dein per horas duas sepone. Liquore praecipitato supernatante siphonis ope decanthato, lagena denuo aqua destillata impleatur et quassetur. Postquam liquor subsederit, iterum decantheur, quae operatio repetatur, donec liquor defusus Baryo chlorato vix turbetur. Pultem ab aqua separatam immitte in vas porcellaneum, cui ingestae sunt

Sacchari lactis pulv. P. 10 et

Sacchari pulverati P. 30


et in balneo vaporis ad siccum evaporando in pulverem redige. Tum adde Sacchari pulverati q. s., ut pondus pulveris partes centum (100) expleat. (10% Fe). *Ph. Germanica.*

Ph. Austr. Natri carb. cryst. 30 solve in Aq. 120. Solutioni fervefactae adde Mellis dep. 5, tum Ferr. sulf. cryst. 25.

Præcipitatum ope preli express. m. c. Sacch. 20 et celeriter in balneo aquae exsicca. (15% Fe.)

Ferrum chloratum.

Chloruretum ferrosium.



Rp. Ferri in filis P. 1.

In lagenam satis amplam immissae affunde


Acidi hydrochlorici, pond. spec. 1,120—1,124, P. 4

Aquae destillatae P. 3.

Sepone loco tepido et saepius agita, donec ferrum, quod non solum in fundo liquoris stratum est, non amplius bullulas gasiferas emittat. Tum filtra et liquorem in patinam porcellaneam infusum inter agitandum ad siccum evapora. Residuum siccum, terendo in mortario porcellaneo in pulverem subtilem redactum, supra orbem porcellaneum sternatur et inter agitandum radiis solis tandiu exponatur, donec pulverem perfecte siccum album praebeat atque portiuncula in aqua soluta Kalio ferrocyano soluto addito non amplius colore caeruleo tingatur. Pulvis statim in lagenulas longiores accurate obturandas immittatur, et lagenulae loco radiis solis obvio serventur.

Ferrum chloratum crystallisatum.

Chloretum s. Chloruretum ferrosium.



Rp. Ferrum chloratum solutum et filtratum,

paratum e

Ferri metall. 29,0

Acidi hydrochlorici (25%) 150,0

Aquae destill. 100,0,

calore balnei aquae inter agitationem usque ad grammata 100,0—103,0 remanentia evapora, tum per aliquot momenta loco frigido sepone. Puls salina nunc in massam solidam concreta, tum adhuc calida statim contrita in vas vitreum celeriter ingeratur et, vase dense clauso, loco radiis solis accessibili servetur.


Pulvis salinus, pallide virescens, in

pari aquae pondere additis nonnullis acidi hydrochlorici guttis limpide solubilis, quae solutio triplo Spiritus Vini volumine commixta ne turbetur, neve Baryo chlorato turbidetur.

Dosis: 0,1—0,15—0,2 ter quaterve de die.

Ferrum chloratum solutum.

Chloretum (Chloruretum) ferrosium solutum. Liquor Ferri chlorati.



Rp. Ferri in filis P. 110.

Immitte in cucurbitam vitream, quae continet

Acidi hydrochlorici, pd. spec. circiter 1,124, P. 520.

Quum gasis evolutio cessaverit, cucurbita per aliquot horas stet in balneo vaporis, tum liquor celerrime filtretur et,

Acidi hydrochlorici P. 1 admixta, diluatur

Aquae destillatae

ea quantitate, ut

Partes 1000

repleantur. Liquor in lagenis, e vitro coloris experte confectis, plane repletis obturatisque loco radiis solis pervio asservetur. Continet in centenis partibus P. 10 Ferri. Pond. spec. 1,225—1,230.

Ph. Gall. Pd. sp. 1,26. Cont. 11% Fe vel 26% FeCl et 74% aq.

Ferrum citricum cum Chinino citrico.

Rp. Ferri citrici 9,0

Chinini citrici 2,0.

Misce.

Ferrum citricum cum Magnesia.

Ferrum magnesico-citricum.

Rp. Ferri citrici P. 30


Magnesiae citricae P. 35.

Conterendo mixtis instilla

Spiritus Vini rectifss. q. s., ut fiat massa pultiformis, quae calore non adhibito exsicceetur.

Ferrum citricum

(oxydatum).

Citras ferricus. *Citrate of Iron.*
Ferric Citrate.

Rp. Acidi citrici cryst. P. 20.

Solutis in

Aquae destill. P. 60
sensim adjiceFerri oxydati hydrati recens
praecipitati P. 18

aut eam quantitatem, ut digerendo loco tepido (30—40° C.) et inter agitationem portiuncula parva non soluta remaneat. Dein digere calore leni per tres horas et sepone. Post tres dies filtra. Liquor calore 50° C. non superante ad syrups spissitudinem redactus orbibus porcellaneis vel laminis vitreis inducatur et calore hypocausti exsiccetur. Sint lamellae vel frustula parva lamellaria coloris hyacinthini. (19—20% Fe.)
Dosis: 0,15—0,3—0,5 ter quaterve per diem.

Ferrum citricum solutum.

Liquor Ferri citrici.

Rp. Acidi citrici cryst. P. 10.

Solutis in


Aquae destillatae P. 30
immisceeFerri oxydati hydrati recens
praecipitati P. 9

aut eam quantitatem, ut macerando loco tepido agitandoque portiuncula parva non soluta remaneat. Dein digere calore balnei aquae per aliquot horas et sepone. Post aliquot dies filtra, et colaturam evaporando leni calore ad P. 41 redige, quas serva. Partes centenae liquoris continent P. 33,3 Ferri citrici cryst. vel P. 28,7 salis anhydri. (*Ph. Belg.*)

Ph. U. St. praec. Acidi citrici P. 30. Filtrat. = P. 100. Centenae part. cont. 35,5 salis anhydri.

Ferrum cyanatum.

Cyanuretum ferroso-ferricum. Coeruleum berolinense. Ferrum hydrocyanatum s. zooticum.



Rp. Kalii ferro-cyanati flavi P. 2.

In

Aquae destillatae P. 100
solutis instilla


Ferri sesquichlorati soluti, quamdiu praecipitatum inde efficitur, quod filtrando separatum et bene elotum siccetur. Pulvis coeruleus, in aqua non solubilis.

Ferrum cyanatum solubile.

Paretur uti Ferrum cyanatum eo quidem discrimine, ut Kalium ferro-cyanatum inter praecipitationem semper praevaleat. Solutioni, quae Kalii ferro-cyanati P. 10 continet, admisceantur Liquoris Ferri sesquichlorati, pond. spec. 1,280, P. 4,6. Praecipitatum tandem eluatur, donec aqua defluens coeruleascet.

Ferrum hypophosphorolum.

Hypophosphis ferricus.



Rp. Liquoris Ferri sulfurici oxydati, pd. spec. 1,318

Aquae destillatae aa P. 110.

Mixtis inter agitationem instilla
Natrii hypophosphorosi P. 40
solutas in

Aquae destillatae P. 100.

Praecipitatum inde exortum in filtro collige. Aqua destillata ablue, donec liquor defluens cum Baryo chlorato soluto mixtus paululum tantum turbetur, tum loco tepido siccetur. Sit pulvis e flavo albidus, odoris exers.

Ferrum jodatum.

Jodetum s. Joduretum ferrosolum.

Rp. Ferri purissimi P. 4

Aquae destill. P. 20.

In patinam porcellaneam inmissis inter agitandum ope bacilli vitrei paulatim adjice

Jodi puri P. 15.

Conjunctione Jodi cum Ferro peracta, liquorem non filtratum statim calore balnei aquae ad siccitatem redige. Jodi 15,0 praebet 18,3 FeJ. Est pulvis solubilis in aqua et Spiritu Vini, Ferri aliquantum relinquens.

Ex tempore parandum!

Dosis: 0,05—0,1—0,2 pluries per diem (cum vino, glycerina). In unguine 1,0:5,0—10,0 ungt. Ad inject. 1,0:100,0 aq. Ad balneum 30,0—50,0.

Ferrum jodatum lamellatum.

Rp. Liquorem, qui in praecepto antea notato colligitur. Admisce liquorem evaporando paratum, spissitudinis mellis depurati, e

Sacchari albi *P.* 25

Gummi Arabici *P.* 130

Aquae destillat. *P.* 300.

Mixtura calore balnei aquae ad spissitudinem mellis depurati redacta laminis vitreis inducatur et loco aprico calidoque siccetur. Sint lamellae e viridi fusciscentes, quae in lagenis obturatis servantur. Centenae partes continent 10 partes Ferri jodati.

Ferrum jodatum liquidum s. solutum.

Joduretum s. Jodetum ferrosus solutum. Liquor Ferri jodati *Ph. Germanicae*. Ferrum jodatum recens praeparatum (ad recepturam).

Rp. Ferri pulv. 2,5

Aquae destill. 20,0.

In lagenam immissis adde

Jodi puri 8,2.

Leniter agita, donec fluidum initio e rubro fuscum colorem dilute viridulum induat. Tum filtra, filtrum aqua eluendo. Hic liquor, exaequans

Ferri jodati sicci 10,0,

semper recens paretur et mixturae a medico ordinatae l. a. admisceatur. *Ph. Germanica* praecipit: Jodi 41, Aquae 50, Ferri q. s. (10). Liquor (100) cont. 50 FeJ.

Ferrum jodatum saccharatum.

Joduretum Ferri saccharatum.

Rp. Ferri pulverati *P.* 3.

Affunde

Aquae destill. *P.* 10.

Tum paulatim adjiciantur

Jodi *P.* 8.

Leniter incalescant inter agitationem, donec color e rubro fuscus in dilute viridulum mutatus sit. Liquorem citissime filtra, filtrum aquae destillatae pauxillo affuso abluendo, et statim loco aprico commisce cum

Sacchari Lactis pulv. *P.* 30.

Miscela tum calore balnei vaporis inter agitationem evaporetur et massae tenaci addantur


Sacchari Lactis pulv. *P.* 10.

Tum evaporando, agitando et terendo in pulverem redigatur, qui statim in lagenas parvas, optime obturandas, immittatur. Sit pulvis e subflavo albus. Partes 6 continent Partem 1 Jodi, vel partes centenae continent partes 20 Ferri jodati. (*Ph. Germanica*.)

Dosis: 0,2—0,5—1,0 ter quaterve per diem (morbus Brighthii, apoplepsis cerebri, spinalis).

Ferrum lacticum (oxydulatum).

Lactas ferrosus.



Rp. Seri Lactis acidi turbidi, fermentatione spontanea obtenti et a partibus crassioribus caseosis colando privati *P.* 500

Sacchari albi contusi

Ramenti grossiusculi Ferri, a pulvere liberati, *aa* *P.* 25.

In ollam immissis adde

Casei vetusti *P.* 10

antea conterendo cum

Aquae *P.* 150

mixtas. Miscela quotidie saepius agitata seponatur eò loco, cujus tepor gradus 25 ad 40 thermometri Celsiusi nunquam excedit. Diebus quatuor vel quinque praeterlapsis, denuo adjice

Sacchari contusi *P.* 25

et agita. Quoque die quarto vel quinto adde copiam eandem Sacchari, donec *P.* 125 adhibitae fuerint. Aqua evaporatione consumpta interdum restituatur. Fermentatione cessante et affusis

Aquae fervidae *P.* 200,

massam liquidam totam in lebetem cupreum vel ferreum immissam usque ad

ebullitionem fervefac atque fervidam per linteum cola. Residuum denuo cum

Aquae fervidae *P.* 250

commixtum coquendo tractetur et liquor fervidus coletur.

Colaturis adhuc calidis affunde

Spiritus *V.* rectifss. *P.* 400.

Post agitationem sepone per diem unum loco frigido. Massam salinam pulviformem, inde exortam, in vas deturbatorium (*Percolator*) translata primū affundendo Spiritum vini rectificatum, dein affundendo Spiritum Vini rectificatissimum elue, tandem in colatoria linteā transmissam preli ope exprime. Placentae inde obtentae et calore hypocausti siccatae abradendo a sale rubente forsan insidente liberentur et pulveratae in lagenis vitreis obturatis loco aprico serventur. *Eff.* *P.* 85 ad 90. Sit pulvis salinus albus. *Dosis:* 0,2—0,5—1,0 ter quaterve per diem.

Ferrum et Manganum lacticum.

Rp. Ferri lactici oxydulati

Mangani lactici aa *P.*

Misce conterendo.

Ferrum nitricum liquidum.

$\text{Fe}^2\text{O}^3, 3\text{NO}^5 + 97,6\text{Aq.}$ Liquor Ferri nitrici. Liquor Ferri Pernitratiss.

Rp. Ferri puri *P.* 1

Acidi nitrici puri *P.* 12.

In vas porcellaneum amplum (capacitatis *P.* 50—60) immittantur. Effervescentia peracta, imponatur vas balneo vaporis, quamdiu liquor vapores nitrosos exhalat, atque donec inter agitationem spissitudinem syrupi adeptus sit. Massa refrigerata diluatur

Aquae dest. quantitate suff., ut pondus liquoris exaequet part. 20.

Nota. Partes 100 liquoris continent *P.* 21,6 Ferri nitrici vel *P.* 5 Ferri.

Ph. Brit. 30,0 Ferri in Acid. nitrici diluti q. s. solutis adde Aq. dest. q. s., ut 900,0 expleantur (3,3% Fe). *Pd. sp.* 1,107. *Dos.:* 0,4—0,8—1,5.

Ph. U. St. Liq. cont. in centenis partibus partes 6 salis anhydri vel part. 1,39 ferri metallici.

Ferrum oxalicum (oxydulatum).

Oxalas ferrosus s. Ferri.

$\text{FeC}_2\text{O}_4 \cdot \text{H}_2\text{O} = 162 - \text{FeO}, \text{C}^2\text{O}^3 + \text{HO} = 81.$

Rp. Acidi oxalici cryst. *P.* 50.

Solutis in

Aquae destill. *P.* 200

adde

Liquoris Ammonii caustici (pd. sp. 0,960) *P.* 133.

Mixtioni inter agitationem instilla liquorem filtratum, paratum e

Ferri sulfurici cryst. *P.* 105 et Aquae destill. *P.* 210.

Praecipitatum exortum in filtro collige, aqua destillata ablue et loco tepido sicca.

Sit pulvis citrinus, qui in vitris obturatis servetur. *Dosis:* 0,1—0,15 saepius per diem. *Vis* salium ferri.

Ferrum oxydato-oxydulatum.

Oxydum ferroso-ferricum. Ferrum oxydulatum nigrum. Oxydum Ferri magneticum *Ph. Brit.* Aethiops martialis.

Rp. Ferri sulfurici oxydati (humidi) *P.* 6 (vel Liq. Ferri sulf. oxydati, pd. sp. 1,318, *P.* 12^{1/2})

Ferri sulfurici cryst. *P.* 3.

Solve in

Aquae destillatae *P.* 40.

Solutioni colatae affunde inter agitationem

Liq. Ammonii caust. *P.* 13

aut quantum requiritur, ut Ammonium paululum praevaleat. Miscelam totam in lebetem ferreumingere, qui tandiu fac ebulliat, donec praecipitatum pulverulentum et nigerrimum evadat. Tum fluido defuso, praecipitatum in linteo collige, aqua calida ablue et ab aqua exprimendo liberatum inter chartae bibulae strages sicca. In pulverem contritum in lagenis vitreis servetur. Sit in Acido hydrochlorico sine residuo solubilis, pulvis niger. *Dos.:* 0,1—0,3—0,6 bis terve per diem.

Ferrum oxydatum dialysatum.

Liquor Ferri dialysati *Ph. Brit.* Liquor Oxychlorethi ferri. (Ferrum hydro-oxydatum dialysatum liquidum). Liquor Ferri peroxychlorati. Liquor Ferri oxydati chloridati. Liquor Ferri oxychlorati *Ph. Germ.*

Rp. Liquor Ferri sesquichlorati [1] (1,280 pd. sp.) *P. 18.*
In lagenam amplam infusus adde
Ferrum oxydatum hydratum
aqua frigida elotum, non expressum,
recens praecipitando effectum e
Liquoris Ferri sesquichlorati
P. 15

aqua frigida satis dilutis ope liquoris Ammonii caustici aquae frigidae copia decupla diluti.

Sepone loco frigido per diem unum et saepius agita, donec solutio perfecta fuerit. Hunc liquorem (si opus fuerit filtratum) infunde in vas dialysatorium, (internum) charta pergamena munitum, quod in vas exarysatorium altum, aqua repletum ita imponatur, ut ad trientem altitudinis liquoris, quem continet, immersum sit. Tum sepone loco frigido per circiter dies decem, liquorem in vase exarysatorio (vase externo) interdum removendo et aquae purae nova copia denuo replendo. Si liquoris parva copia e vase dialysatorio exempta et aqua diluta Argento nitrico soluto non amplius turbatur, liquor effundatur in lagenam vitream et suum pondus specificum determinetur, ut ad pondus specificum 1,046—1,047 evaporando redigere possis, et partes centenae liquoris contineant partes quinque Ferri oxydati anhydri. Exempli gratia liquoris *P. 240* ponderis specifici 1,018 reperiuntur, quod duabus partibus liquoris respondet. 5:2=240:x(=96). Ergo *P. 240* hujus liquoris ad partes 96 remanentes evaporando redigendae sunt.

Haec evaporatio modo hoc efficiatur: In lebetem porcellaneum planum circiter 96 vel 100 partes liquoris infunde et calore balnei aquae gradus 60 ad 70 thermometri Celsiusiani nunquam excedente evapora, bacillo vitreo agitando et liquoris novam copiam saepius affundendo, ut fastigium (*niveam*) liquoris in vase semper sit idem.

Liquor intense e rubro fuscus et limpidus, saporis paullulum styptici, in lagenis obturatis loco frigido et umbroso reservetur.

In paratione lux diurna et calor, quantum fieri potest, prohibeantur.

Liquor dialysatus ferricus continet in centenis partibus.

(18—19° C.)

Fe ² O ³	Pond. specif.
10	1,102
9,5	1,096
9	1,091
8,5	1,085
8	1,079
7,5	1,074
7	1,068
6,5	1,063
6	1,057
5,5	1,052
5	1,046
4,5	1,041
4	1,036
3,5	1,031
3	1,027
2,5	1,022
2	1,018
1,5	1,014
1	1,009
0,5	1,004

Rp. Liquor Ferri sesquichlorati [2] (10% Fe) *P. 128*

Aquae dest. frigidae *P. 800.*
Mixtas infunde inter agitationem in
Liquoris Ammonii caustici
P. 127

antea dilutas

Aquae destillatae *P. 600.*
Praecipitatum inde exortum, in linteo collectum et quam celerrime aqua frigida ablutum immitte in lagenam amplam, quae continet

Liquoris Ferri sesquichlorati
P. 27 et

Aquae destill. *P. 50.*
Sepone loco frigido per dies quatuor et saepius paullum agita. Tum adde
Ferrum oxydatum hydratum
adhuc humidum, quod modo supra praescripto e

Liquoris Ferri sesquichlorati
P. 33

recens effectum est. Denuo sepone loco frigido per dies tres vel quatuor et saepius agita. Tum liquor Aqua

destillata frigida diluatur, ut sint colaturae filtratae Partes 540 vel 543. Si copia liquoris hanc quantitatem superat, liquor calore 60 ad 70° C. evaporetur, ut *P.* circiter 520 remaneant. Contineat in centenis partibus partes 5 Ferri oxydati anhydri vel sit ponderis spec. 1,046—1,047. (*Ph. Brit.*)

Rp. Liquor Ferri sesquichlorati [3] (10% Fe) 70,0

Aquae destill. 320,0.

Mixta infunde in liquorem paratum miscendo e

Liq. Ammon. caust. (10%) 70,0

Aquae destill. 640,0.

Praecipitatum inde ortum, aqua elutum, tum expressum misce cum

Acidi hydrochlorici (25%) 6,0

et per triduum sepone, interdum agitando. Si opus fuerit, ad plenam solutionem praecipitati leniter calefac, nec ultra 60° C., tum addendo aquam liquorem tempera, ut pondus 200,0 expleat vel sit ponderis specifici 1,050 (15° C.) et liquor in centenis partibus contineat tres partes et dimidiam ferri (3,5%) vel partes quinque (5%) ferri oxydati. *Ph. German.*

Hic liquor in Germania Austriaque plerumque in usu. *Dosis:* 0,2—0,5—0,7 bis terve per diem. Ad lotion. 1,0:2,0 aq., ad inject. 1,0:0,5 ad 1,0 aq.

Ferrum oxydatum fuscum.

Oxydum Ferri hydratum *Ph. U. St.*
Peroxydum Ferri hydratum *Ph. Brit.*
Hydras ferricus. Ferrugo. Ferrum hydroicum. Ferrum oxydatum bishydratum. Crocus Martis aperitivus. Crocus Martis. Subcarbonas Ferri. *Safran de Mars apéritif. Ferrihydrate.*

$\text{Fe}_2\text{H}_4\text{O}_5 = 196 - \text{Fe}^2\text{O}^3 \cdot 2\text{HO} = 98.$

Rp. Liquoris Ferri sulfurici oxydati (8% Fe) *P.* 50

Aquae destillatae *P.* 200.

Mixtis affunde

Liq. Ammonii caust. *P.* 40
antea dilutas

Aquae destill. *P.* 100.

Praecipitatum in linteum ingestum primum aqua communi, deinde Aqua destillata elutum exprime et loco tepido sicca. (Sit pulvis subtilissimus, e

rufo fuscus. Acido hydrochlorico infuso fiat liquor Ferri sesquichlorati limpidae, qui Baryo chlorato soluto paulum modo turbetur). Serva in vitris obturatis, a luce remotis (*Ph. Germanica*). *Dos.:* 0,2—0,5—1,0 bis terve p. diem. Loco liquoris Ferri sulf. sumere potes Ferri sesquichlorati cryst. *P.* 19,5.

Ph. Gall. praecipit, ut Sulfatis ferrosi cryst. 100,0, soluta in aquae 1000,0 praecipitentur addendo Carbonatis natrici cryst. 120,0, soluta in aquae 400,0. Praecipitatum albidum in aëre tardo passu siccetur, ut colorem croceum accipiat.

Ferrum oxydatum hydratum

recens praecipitatum.

Hydras ferricus recens paratus.

$\text{Fe}_2(\text{HO})_6 + 16\text{H}_2\text{O} = 502 - \text{Fe}^2\text{O}^3 \cdot 3\text{HO}$
 $+ 16 \text{Aq} = 251.$

Rp. Ferri sulfurici oxydati humidii *P.* 6 (vel Liquoris Ferri sulfurici oxydati *P.* 13).

Solve agitando in

Aquae dest. frigid. *P.* 120.

Solutionem infunde inter agitationem in

Liquoris Ammonii caust. *P.* 12
antea dilutas

Aquae destill. *P.* 120.

Praecipitatum inde exortum in linteo collige, aqua frigidiore bene elue, tum in charta bibula involutum ope preli sensim atque fortiter exprime, ut praecipitatum expressum exaequet

Partes 4¹/₂.

Hic hydras, si fieri potest, semper recens paretur.

Diutius quam per hebdomades duas loco frigidio asservatum plerumque colorem rubellum induit, quae mutatio corruptionem indicat. *P.* 100 continent *P.* 31 Ferri oxydati anhydri.

Ferrum oxydatum rubrum.

Oxydum ferricum anhydram. Peroxydum Ferri *Ph. Brit.*

$\text{Fe}_2\text{O}_3 = 160 - \text{Fe}^2\text{O}^3 = 80.$

Rp. Ferri oxydati fuscii q. v.

Guttulis nonnullis Acidi nitrici conspergatur, tum leniter uratur in lebetis porcellaneo.

Ferrum oxydatum saccharatum (solubile).*Eisenzucker.*Rp. Liquoris Ferri sesquichlorati
(10% Fe)

Syrupi Sacchari aa P. 30.

Mixtis agitando paulatim adde

Liquoris Natri caustici (15%
NaOH) P. 45et per horas viginti quatuor seponere.
Tum liquorem limpium infunde inAquaë destill. ebullientis
P. 600

agita et seponere, ut subsidat. Praecipitatum, liquore supernatante defuso, denuo aqua destillata ebulliente superfunde, dein collige in filtro et aqua destillata ferrida ablue, quamdiu aqua coloris expers defluit et reactionem alkalinam majorem habet. Praecipitatum exstillando ab aqua maxima ex parte liberatum in vase porcellaneo commisce cum

Sacchari recens pulverati
P. 90

et in balneo vaporis inter agitationem ad siccum redige. Tum admisce

Sacchari pulverati q. s. ut
expleantur P. 100.

Mixturem dein in pulverem redige et in vase clauso a luce remoto serva.

Sit pulvis subrufus, saporis dulcis, mitis ferruginei, in aquae partibus quinque plane solubilis, solutionem e rufo fuscam, reactionis paulum alkalinae praebens. In centenis part. contineat ferri metallici partes circiter tres.
Dosis: 0,5—1,0 ter quaterve per diem.*Ph. German.* praecipit: Rp. Liquoris Ferri sesquichlorati (10% Fe) 30, misce cum Aquaë 150. Tum paulatim agitando adde Natri carbonici cryst. 26, sol. in Aquaë 150, eo modo, ut praecipitati exorti solutio perficiatur, priusquam portiuncula sequens carbonatis natrici soluti additur. Praecipitatione peracta, praecipitatum affundendo aquam, sedimentando, tum liquorem decanthando tándiu eluatur, donec liquor defusus Argento nitrico non amplius turbetur. Turbatio minima praetermittenda est. Tum praecipitatum commisce cum Sacchari pulv. 50 et Liq. Natri caust. (15% NaOH) 5, dein ca-

lore balnei aquae calefac, donec solutio effecta fuerit. Deinde usque ad siccitatem agitando evapora et Sacchari q. s. admisce, ut miscela tota 100 p. expleat, quae tum p. 2,8 ferri contineant.

Ferrum peptonatum liquidum.

Liquor Ferri peptonati.

Paretur modo quo Ferrum peptonatum siccum, nisi quod liquor limpium, paratus ex Albuminis rec. 75,0 vel siccis 10,0 et liquoris Ferri sesquichlorati 120,0, tum calore balnei aquae ad spissitudinem syrui redactus commisceatur cum miscela parata e

Glycerinae 100,0

Spiritus Cognacensis 150,0

Aquaë destillatae q. s.,

ut pondus mixturem totae grm. 1000,0 expleat.

Ferrum peptonatum siccum s. lamellatum.*Pepton-Eisen.*Rp. Albuminis ovi recentis 75,0
(vel Albuminis siccis 10,0).

Solve in

Aquaë destill. tepid. 1000,0.

Tum admisce

Acidi hydrochlorici (25%)
18,0

Pepsinae concentratae 0,5.

Miscelam agitatam seponere loco tepido, cujus temperatura 39° C. ne superet, per horas quindecim vel tándiu, donec portiuncula miscelae interdum agitatae Acido nitrico addito vix turbetur. Deinde miscelae refrigeratae inter agitationem admisce

Liq. Natri caust. diluti, a carbonate perfecte liberi q. s., ut partes acidae neutralisentur, tum cola. Deinde admisce

Liq. Ferri sesquichlorati (pd. spec. 1,280) 120,0,

antea diluta

Aquaë destill. 1000,0.

Quo facto, miscela denuo addendo

Liquorem Natri caustici

aqua destillata vigintuplo dilutum accurate neutralisetur. Praecipitatum


inde ortum et sedimentatum in colatorio linteo collige et aqua destillata elue, donec liquor defluens reactionem Chlori non amplius praebat. Aqua praecipitato adhaerente quam maxime decolata, praecipitatum in patinam porcellaneam transfer, commisce cum

Acidi hydrochlorici 1,5

et calore balnei aquae inter assiduum agitationem (ope baculi vitrei) evapora, donec solutio perfecta et liquor ad spissitudinem syrupi redactus fuerit. Tum liquorem tabulis vitreis illine et loco tepido exsicca. Massa siccata, cultri ope discussa, in vitris clausis, a luce remotis servetur.

Ferrum phosphoricum oxydatum.

Phosphas ferricus. Ferrum phosphoricum album. *Ferriphosphat.*



Rp. Liquoris Ferri sesquichlorati [1] pond. spec. 1,280, P. 11
Aquae destill. P. 25.

Mixtis instilla

Natri phosphorici crystall. P. 12 (vel q. s.) in

Aquae destill. quintuplo

solutas, quamdiu inde praecipitatum efficitur, quod bene ablutum leni calore siccetur. Sit pulvis albidus, in aqua non solubilis. Effic. circiter 2½ P.

Dosis: 0,2–0,4–0,8 bis terve per diem.

Ferrum phosphoricum oxydatum effervescens.

Phosphas Ferri effervescens. *Effervescent phosphate of iron.*

Rp. Ferri phosphorici oxydati 5,0
Natrii bicarbonici 75,0
Acidi tartarici 68,0
Sacchari albi 102,0.

Pulverata commisce.

Si hunc pulverem in granula minora traducere vis, misce cum Spiritus vini absoluti q. s., ut pasta paullulum mollis efficiatur, quae primendo per cribrum laminarium trajecta et in granula minora transformata loco tepido siccetur. (*Nat. Form.*)

Ferrum phosphoricum oxydatum solubile.

Phosphas Ferri s. ferricus *Ph. U. St.*

Rp. Ferri citrici oxydati P. 5.

Solve calore balnei aquae in

Aquae destill. P. 10.


Liquori adde

Natrii phosphorici P. 6

et agita. Solutione peracta liquor calore 60° C. non superante inter agitationem evaporetur, donec spissitudinem syrupi acceperit. Tum liquor laminis vitreis vel porcellaneis inductus loco tepido exsiccat. Lamellae siccae collectae in vasis clausis loco a luce remoto servandae sunt. *Ph. U. St.*

Ferrum phosphoricum (oxydulatum).

Phosphas ferrosus. Phosphas Ferri *Ph. Brit.* Ferrum phosphoricum oxydato-oxydulatum. Ferrum phosphoricum caeruleum. *Ferrophosphat.*



Rp. Ferri sulfurici cryst. P. 100.
Solve in

Aquae destill. P. 1000.

Solutioni frigidae loco aprico instilla Natri phosphorici P. 135,

antea in

Aquae destill. P. 1000


solutas, ut Ferrum phosphoricum praecipitetur. Praecipitatum bene ablutum loco aprico et tepido (20–25° C) sicca. Sit pulvis sordide caeruleus, in aqua non solubilis. Effic. P. 48–50.

Dosis: 0,1–0,2–0,5 bis terve per diem.

Nota. Semper hoc praeparatum dispensandum est, nisi disertis verbis Ferrum phosphoricum oxydatum s. Phosphas ferricus a medico postuletur.

Ferrum pyrophosphoricum.

Pyrophosphas ferricus.



Rp. Liquoris Ferri sesquichlorati (10% Fe) P. 150.

Mixtas cum

Aquae destill. frigidae P. 300
instilla inter agitationem in solutionem
frigidam, paratam e

Natri pyrophosphorici cry-
stallisati P. 97

Aquae destill. P. 2000

Spiritus Vini rectfss. P. 500.

Sepone per diem unum, tum praeci-
pitatum in filtro collige, Aquae destil-
latae frigidae modica quantitate elue
et inter strages chartae bibulae ex-
pressum calore 30°C non excedente
sicca. Serva in lagenis obturatis, a
luce remotis. Efficiuntur circiter P. 40.
Dos.: 0,1—0,3—0,5 bis terve per diem.

Ferrum reductum.

Ferrum

Hydrogenio reductum.

Fe=56—Fe=28.

Fer réduit par l'hydrogène. Reduced Iron.

Rp. Ferri oxydati hydrati siccati,
quod praecipitando e Ferro sesquichlo-
rato soluto ope Ammonii caustici effec-
tum et aqua optime elotum est. Id in
tubum amplum ferreum (bombardae ma-
nuariae) ingeratur et inter inducen-
dum in tubum

Gas Hydrogenii puri
et siccati candefiat (280—300° C.),
quamdiu vapores aquosi excedunt.

Apparatus totus constet e lagena bi-
tubulata, quae Ferrum filatum vel in
clavulis aut Zincum continet et in quam
Acidum sulfuricum dilutum paulatim
infundatur, ut gas Hydrogenii conti-
nenter evolvatur. Haec lagena sit ope
tubi curvati cum lagena lavatoria,
quae Acidum sulfuricum concentratum,
ab Arseno liberum continet, eodem
modo conjuncta, ut gas Hydrogenii
evolutum per Acidum sulfuricum trans-
ire cogatur. Lagena lavatoria sit ope
tubi vitrei cum illo tubo ferreo, Fer-
rum oxydatum continente, conjuncta.
Alteri orificio tubi ferrei imponatur
tubus angustior longior, qui gasa su-
perflua et vapores aquosos abducat.

Juncturae in vitreis vasis optime clau-
dantur ope epistomiorum suberinorum
et vesicae madefactae, in tubo ferreo
autem ope epistomii ferrei lutati, quod
in tubulo ferreo extentum est.

Tubus ferreus Ferro oxydato circiter

ad dimidium suae capacitatis impletus
sit et habeat statum aequilibrem supra
carbones ardentis.

Etiam observandum est, ut, candefac-
tione tubi ferrei finita, tamdiu gas
Hydrogenii transducere pergas, donec
tubus plane refrigeratus sit. Tum fer-
rum reductum e tubo exime, contere
et statim in lagenas vitreas immitte,
quae optime obturandae sunt.

Fer-Collas, réduit par l'électricité.
Capsulae e gelatina confectae, magni-
tudine pisi minoris, repletae ferro hy-
drogenio reducto, valde impuro.

Medicamen parvi pretii.

Ferrum sesquibromatum.

Ferrum perbromatum. Bromidum ferri-
cum. *Ferribromid. (Medicamen).*

Rp. Ferri purissimi pulv. P. 10.

Immitte in tubum longiorem porcel-
laneum aut vitreum, non amplum, ad
circiter $\frac{1}{30}$ — $\frac{1}{20}$ summum complen-
dum.

Tubus in statum aequilibrem ductus
supra carbonis ardentis collocetur et
sit ope tubi vitrei conjunctus cum cu-
cubita vitrea, cui

Bromi puri P. 45

ingestae sunt. Juncturis epistomiis ar-
gillaceis et luto argillaceo clausis, cu-
cubita caute lenissimo calore calefiat,
ut gas Bromi lentissime per tubum
cum ferro, dum leniter candet, trans-
eat. Ad alterum orificium tubi por-
cellanei excipulum non lutatum, bene
autem refrigerandum applicetur. Bromi
quantitate notata consumpta, tubus
refrigescat. Massam crystallinam, sa-
turate rubram, collige et statim in
lagenas vitreas siccasingere, quae
optime obturandae sunt et loco a luce
remoto servantur. Eff. circiter P. 50.
Dosis: 0,02—0,03—0,05 bis terve per
diem.

Ferrum sesquichloratum concentratum.


Liquor Ferri Perchloridi fortior
Ph. Brit.

Liquor contineat in centenis parti-
bus partes 40,5—41 Fe₂ Cl₆ vel 13,8
—14 Fe.

Pondus specif. 1,420. *Ph. Brit.* Con-
fer praeceptum in pag. 316 notatum.

Ferrum sesquichloratum crystallisatum.

Ferrum sesquichloratum *Ph. Germ.*
 Ferrum muriaticum crystallisatum.
 Chloridum Ferri.



Rp. Ferri sesquichlorati soluti,
 pond. spec. 1,480 ad 1,484,
 P. 60.

In patinam porcellaneam immissae
 calore balnei vaporis inter agitandum
 ope spatulae porcellaneae evaporentur
 ad remanentes

Partes 45,

quae l. a. instillando Acidum hydrochloricum ad punctum neutralisationis chemicae redactae *) loco frigido, vase bene tecto, seponantur, donec ad massam crystallinam coierint. Inter calefaciendum vasis latera massa eximatur et contusa statim in vitra bene claudenda asservandaque, remota a luce, ingeratur. *Dos.*: 0,02—0,05—0,08 bis terve per diem.

Ferrum sesquichloratum siccum.

Chloridum ferrieum. Ferrum muriaticum oxydatum.

Rp. Ferri puri limati aut in filis
 P. 11.

Solve digerendo in

Acidi hydrochlorici puri P. 55.

Solutio filtrata in lebeti porcellaneo, balneo arenae imposito, evaporetur, donec gutta laminae porcellaneae frigidae instillata in massam crystallinam duram abeat. Tum lebetem e balneo arenae exime et massam salinam tamdiu agita, donec refrigerata rigescat, quae contrita retortae vitreae loricatae, ampliore collo munitae, ad tres quadrantes vacui implendae, immittatur. Excipulo sine luto apposito, incalescat retorta, libero igni idonea operatione caute exposita ad expellendum liquorem acidum. Quo facto excipulum removeatur, atque igne sensim aucto

*) Modus hic faciendi in praecepto ad Ferrum sesquichloratum solutum parandum notatus est.

sublimatio instituatur. Sublimatum collo retortae insidens suo tempore ope bacilli ferrei incurvati plani eximatur, et statim vasi intus bene siccato immittatur. Sic operari perge, donec non amplius sublimatum in retortae collo appareat et retorta bene excandescat. Retortam obturaculo cretaceo claude, ac semirefrigeratam confringe, sublimatum densum exime, cum primo obtento in mortario calefacto cito contere et in vitra parva, intus ab humore plane libera,ingere, quae bene obturata loco siccio, luci subducto, serventur.

Sint squamulae tenues, e fusco nigrae, splendoris semimetallici, aëris affectu deliquescentes.

Ferrum sesquichloratum solutum.

Liquor Chloreti ferri. Liquor Ferri sesquichlorati. Liquor stypticus Loofii. Liquor Ferri muriatici oxydati. Liquor Ferri chloridati. Liquor Ferri Perchloridi.

Rp. Acidi hydrochlorici puri
 (pond. spec. 1,123) P. 80
 (vel pd. sp. 1,120 P. 82)
 Aquae destillatae P. 10.

In cucurbitam vitream, satis amplam immissis paulatim adde

Ferri puri limati P. 18.

Quum gasis evolutio fere cessaverit, cucurbita per aliquot horas stet in balneo vaporis et interdum agitetur. Dein filtra.

Liquor lebeti porcellaneo amplo infusus modico calore incalescat, ita ut non penitus ebulliat. Dum sic evaporat, inter agitationem paulatim instilla

Acidi hydrochlorici puri P. 42

Acidi nitrici puri (pond. spec.
 1,179—1,180) P. 21

(vel Acidi nitrici pd. spec.
 1,200 P. 20),

antea mixtas, aut tantum horum Acidorum mixtorum, donec liquoris guttae aliquot exemptae et aqua dilutae Kali hypermanganicum solutum non amplius decolorent, vel Kalio ferri cyanato rubro soluto affuso tingantur colore e rubro fusco, non caeruleo.

Tum liquorem tamdiu calefac, ut

leniter ebulliat, donec guttae aliquot exemptae et in cylindro probatorio aquae circiter trigintuplo dilutae ebulliendo liquorem turbidum praebeant. Quo facto instilla

Acidi hydrochlorici *P.* 3 vel eam quantitatem, donec guttae exemptae aquae trigintuplo dilutae ebulliendo liquorem vix turbidum praebeant et charta liquore Zinci iodati amylati imbuta supra liquorem non amplius caerulescat. Tum affunde

Aquae destillatae q. s.,
ut pondus liquoris exaequet

Partes 150

et pondus specif. liquoris ad 16° C. refrigerati sit = 1,280 ad 1,282.

Partes centenae liquoris continent circiter *P.* 29,0 Ferri sesquichlorati siccii, vel *P.* 10 ferri. (*Ph. Germanica.*)

Si aqua diluendo

Partes 106 ad 108

explentur, liquor est pond. spec. 1,420 ad 1,422 et continet in centenis partibus *P.* 40,5—41 Ferri sesquichlorati siccii. (*Ph. U. St.* 37,8%).

Ph. Brit. Pond. spec. 1,110 v. 12,5%
 $Fe_2Cl_6 = 4,3\%$ Fe.

Ferrum sesquijodatum (liquidum).

Jodidum ferricum. Liquor Ferri iodati s. sesquijodati.

Rp. Ferri pulv. *P.* 1½

Aquae destillatae *P.* 16.

Vitro satis amplo immixtis adde

Jodi *P.* 4

et leniter agita per aliquot minutas horae, tum filtra. Liquori limpidi coloris dilute viriduli admisce

Jodi *P.* 2.

Leniter agita, donec Jodum solum sit. Tum admisce

Aquae destill. eam quant.,
ut pondus totius liquoris respondeat

Partibus 80,

quas in lagenis, epistomiis vitreis munitis, a luce remotis asserves. *Ph. Hb., Bav.*

Sit liquor e rubro fuscii coloris et limpidus. Pond. spec. 1,07. 100 Partes continent 7,5 Partes Jodi et 1,1 Ferri. *Dosis:* 0,25—0,5—1,0 bis terve per diem.

Ferrum sesquijodatum siccum.

$Fe_2J_6 = 874 - F^{2,}J^3 = 437.$

Ferrum perijodatum.

Rp. Ferri pulv. puri *P.* 7.

Immitte in ollam porcellaneam et in fundo ejus extende. Tum adde

Jodi *P.* 47

et statim ollam obtege altera olla inversa. Reactione peracta et colla refrigerata, massam saturate fuscam collige et statim in lagenas vitreas parvas, epistomiis vitreis munitis,ingere et loco a luce remoto asserva. Tantum parvae quantitates parentur.

Ferrum subcarbonicum.

Crocus Martis.

Praecipitatum siccatum et plane elotum, effectum miscendo

Ferri sulfurici cryst. s. Sulfatis ferrosi cryst. *P.* 14

cum

Natri carbonici *P.* 15,

quidque sal in aqua solum. *Dos.:* 0,2—0,4—0,8 ter quaterve per diem (anaemia, chlorosis). Hoc remedium Ferro oxydato fusco compensatur.

Ferrum subsulfuricum solum.

Liquor Ferri Subsulfatis. Solutio Monselii. *Monsel's Solution.*

Rp. Ferri sulfurici cryst. 77,0

Acidi sulfurici concentrati 7,0

Aquae destillatae 50,0

Acidi nitrici (1,185 pd. sp.)
25,0.

In patinam porcellaneam amplam immissa calefac, donec evolutio gasium nitrosorum cessaverit. Massae residuae admisce

Aquae destillatae

eam quantitatem, ut pondus liquoris grammata 114,0 expleat. *Ph. U. St.*

Ferrum sulfuratum.

FeS.

Rp. Ferri limati puri *P.* 5

[1] Sulfuris sublimati *P.* 4.

Ferrum et Sulfur stratum super stratum in crucibulumingere et crucibulum leviter tectum inter prunas colloca. Ibi tamdiu incandescant, donec

sulfur superfluum deflagaverit et massa liquefacta fuerit, quam in laminam ferream effusam, tum refrigeratam in frustula comminuas et in lagenis vitreis obturatis serves.

Rp. Lagenam cylindraceam parietibus tenuioribus munitam, cui immitte

[²] Ferri limati *P.* 7 et

Sulfuris sublimati *P.* 5,

ita tamen, ut stratum Sulfuris strato Ferri superpositum sit, quod stratum crassitiem Centim. duorum non excedat et pondus stratorum singulorum ponderi supra notato Ferri et Sulfuris congruat.


Lagenam tunc, ad duos trientes expletam, impone in crucibulum vel ollam ferream, arena completam. Crucibulum inter prunas collocatum igniatur, donec reactio in lagena effecta fuerit. Post refrigerationem lagenam frange et sulfuretum collige.

Via humida paratum.

Rp. Sulfatis ferrosi crystallisati 14,0. In aqua soluta commisceo cum Natrii sulfurati crystallisati 13,0 in aqua solutis. Praecipitatum affundendo aquam hydrosulfuratam elue, tum in lagenamingere et lagenam aqua destillata plane repletam et dense obturatam serva. *Ph. Gall.*

Ferrum sulfuricum crystallisatum.

Sulfas Ferri *Ph. Brit.* Sulfas ferrosus.



Rp. Acidi sulfurici conc. *P.* 15

Aquae destill. *P.* 60.

Caute mixtis paulatim immitte

Ferri limati *P.* 10

vel eam quantitatem, ut paulum Ferri non solum remaneat. Tum sepone loco calido et liquorem adhuc calidum filtra. Liquorem limpium, admixta

Acidi sulfurici conc. *P.* 1,

in crystallata redige, quae Spiritu Vini valde diluto abluta, dein bene desiccata in lagenis obturatis servantur. *Dosis:* 0,05—0,1—0,2 ter quaterve per diem.

Ferrum sulfuricum granulatum s. Spiritu Vini praecipitatum.

Sulfas Ferri granulatus *Ph. Brit.*

Solutio Ferri sulfurici, addito Acido


sulfurico acida facta, quae modo antea notato obtenta est, inter agitationem infundatur in

Spiritus Vini rectifss.

par volumem, et saepius agitetur, donec plane refrixerit. Praecipitatum in linteo colligatur, Spiritu Vini abluatur, dein exprimat et supra strages chartae bibulae loco aprico vel tepido inter agitandum exacte desiccetur, ita tamen, ut crystallula non fatiscent. Serva in vitris obturatis loco frigido luci solis exposito.

Dosis: 0,05—0,1—0,2 bis terve per diem. *Dosis magna:* 0,3, si decompositio exclusa est.

Ferrum sulfuricum oxydatum ammoniatum.



Ammoniakalischer Eisenalaun. Ferri-Ammonium sulfuricum. Sulfas Ferri et Ammonii. Ammonium ferrico-sulfuricum. Alumen ammoniato-ferricum.

Ammonio-Ferric Sulphate.

Rp. Liquoris Ferri sulfurici oxydati *P.* 300

Ammoni sulfurici *P.* 30

Aquae destillatae *P.* 100.


In patina porcellanea mixtae leni calore ad crystallisationem usque evaporentur.

Crystalli inter refrigerationem lentam ortae, lixivio matrice defuso, aquae parva copia celeriter abluantur et calore non adhibito siccentur.

Sint crystalli e violaceo subamethystinae, octaedricae, in aquae frigidae partibus quatuor solubiles (*Ph. Germanico*).

Ferrum sulfuricum oxydatum humidum.

Sulfas ferricus humidus. Tersulfas ferricus.



Rp. Ferri sulfurici crystall. puri *P.* 93.

Acidi sulfurici conc. puri *P.* 17

Aquae destill. *P.* 34.

In lebetem porcellaneum ampliorem, pondere noto, immissae modico calore calefiant. Tum inter agitationem paulatim et caute adde

Acidi nitrici puri (pond. spec. 1,185) P. 24

(vel Acidi pond. spec. 1,200 P. 23)

aut quantum requiritur, donec ferrum perfecte oxydatum sit. (Effectum hunc eodem modo, qui sub Ferro sesquichlorato soluto notatus est, tentes.) Tum inter agitandum bacilli vitrei ope ad mellis spissitudinem evaporetur. Residuum ab Acido nitrico superfluo hoc modo liberatum commisce cum

Aquae destill. calidae q. s., ut miscelae totius pondus respondeat

Partibus 112.

Miscelam in ollam porcellaneam vel vitreamingere et in ea tecta, a luce remota, asserva. Sit puls, post aliquod tempus in massam grumulosam abiens. Partes 100 continent 16,66 Partes Ferri metallici aut circiter P. 60 Ferri sulfurici oxydati siccici.

Ferrum sulfuricum oxydatum liquidum.

Liquor Ferri Tersulfatis. Liquor Ferri Persulfatis. Liquor Ferri sulfurici oxydati. Liquor Ferri Oxysulfatis. Liquor Sulfatis ferri.

Rp. Ferri sulfurici puri crystall. [1] P. 160.

Solve in

Aquae destillatae P. 80,

antea cum

Acidi sulfurici conc. P. 30

mixtis.

Patinae porcellaneae amplae immissis calefactisque inter agitandum instilla

Acidi nitrici puri (pond. spec. 1,180 ad 1,185) P. 36

(vel Acidi pond. sp. 1,200 P. 33)

aut quantum requiritur, donec intercoctionem ferrum perfecte oxydatum sit. (Effectum hunc modo sub Ferro sesquichlorato soluto notato tentes.) Liquor dein evaporando ad syrapi spissitudinem reductus diluatur

Aquae destillatae ea quantitate, ut pondus liquoris respondeat

Partibus 320.

Serva in lagenis obturatis loco a luce remoto. Sit e rubro fuscus liquor ponderis spec. 1,428—1,430. Partes centenae P. 10 Ferri vel P. 35,7 Ferri sulfurici oxydati siccici continent. (Ph. Germanica.)

Ph. U. St. Liq. cont. 28,7% salis anhydri vel 8% Fe.

Rp. Ferri sulfurici oxydati hu- [2] midi P. 10.

Solve in

Aquae destillatae P. 7.

Liquor, si opus fuerit filtratus, sit ponderis spec. 1,420—1,425.

Ph. Brit. Ferri sulfurici oxydati humidi P. 10 solve in Aquae destill. P. 6 vel q. s., ut liquoris pond. spec. 1,441 attingat.

Rp. Ferri sulfurici oxydati hu- [3] midi P. 5.

Solve in

Aquae destill. P. 4

vel q. s., ut pond. spec. liquoris sit 1,384—1,386. Partes centenae continent P. 33,33 Ferri sulfurici oxydati siccici.

Ferrum sulfuricum siccum s. exsiccatum.

Sulfas ferrosus exsiccatus.

$FeSO_4 \cdot H_2O = 170 - FeO, SO_3 + HO = 85.$

Ferrum sulfuricum granulatum vel crystallisatum contritum inter agitationem calore balnei aquae exsiccetur, donec in pulverem albidum conversum fuerit vel partes 100 salis crystallisati ad partes remanentes 64—65 redactae sint. (Ph. Germanica.) Dosis: 0,03—0,06—0,12 ter quaterve per diem.

Ferrum tannicum.

$2Fe^2O^3, Tn + 3HO.$

Rp. Ferri oxydati hydrati P. 1
Acidi tannici P. 3

Aquae destillatae P. 4.


Conterendo mixtae stent interdum agitatae per aliquot horas, tum, im-
mixtis

Spiritus V. rectfss. P. 12
in filtrum transmittantur et hoc modo a
liquore separatae loco tepido siccentur.

Ferrum tartaricum.

Paretur aequali modo, quo Ferro-
Ammonium tartaricum, ex Acidi tar-
tari P. 10, solutis in Aquae P. 40,
et Ferri oxydati hydrati recens praeci-
pitationi q. s. solvendo, filtrando eva-
porandoque.

Ferrum valerianicum (oxydatum).



Rp. Natri carbonici cryst. P. 50.

Solve in

Aquae dest. 500.

Solutis et filtratis adde

Acidi valerianici trishydrici
P. 15

et fortiter agita. Miscelae affunde

Ferri sesquichlorati soluti (p.
spec. 1,281) P. 60

et iterum fortiter agita. Effervescentia
finita, adde, si opus est, guttas aliquot

Natri carbonici soluti,

ut praecipitatio perfecta sit. Tum praeci-
pitationum in filtro collige, aqua ablue,
et lenissimo calore (25° C.) inter strages
chartae bibulae sicca. Serva in lagenis
vitreis obturatis. Effic. P. 19 vel 20.

Ferrumina et Glutina.

(*Kitte und Klebmittel.*)

Caementum

ad pavimenta et tabulata ob-
ducenda.

*Mörtel zum Belegen der Hausflure, zum
Bestreichen von Holz.*

Rp. Calcariae hydratae
Cinerum Carbonum fossi-
lium aa P.

Per cribrum trajectis admisce

Aquae q. s.,
ut fiat massa.

Caementum Portlandicum
adhibere commendatur.

Caementum caseinatum.

Kascinkitt.

Rp. Lactis vaccini a cremore li-
berati q. v,

Seponendo coagulet, tum caseus co-
lando exprimendoque colligatur et di-
scerptus loco tepido ita exsicceetur, ut
pulverari possit. Hic pulvis in lagenis
reservetur.

Ad parationem caementi P. 10 hu-
jus pulveris commisceantur cum P. 2
Calcariae ustae, subtiliter pulveratae,
dein quantitate sufficiente aquae tepi-
dae, ut fiat puls tenuis vel subfluida,
quae statim adhibeatur.

Caementum e Resina elastica.

Caementum Cautschuc. *Kitt für
Gummischuhe.*

Rp. Resinae elasticae, minutim
concisae P. 1.

Affunde

Benzinae P. 5.

Sepone in vase clauso, interdum agi-
tando, donec resinae emollita et soluta
fuerit. Tum admisce

Benzinae q. s.,

ut caementum sit subfluidum. Solutio
resinae celerius efficitur adhibendo ca-
lorem 50° C.

Caementum glycerinatum.

Glyceritum plumbicum. *Glycerinkitt.*

Rp. Plumbi oxydati praep. 100,0.

Conterendo misce cum mixturae q.
s., paratae e

Glycerinae 11,0

Aquae dest. 4,0.

Massa perfecta paulo post durescit.

Caementum Laccae amoniacatum.

Schellackkitt.

Rp. Laccae in tabulis q. v.

Solve in
 Spiritus Vini absoluti
 copia sextuplice et post aliquot dies
 filtra. Liquorem limpido destillando
 a spiritu libera. Residuum mellis spis-
 situdine agitando misce cum
 Liquoris Ammonii caustici
 (15%)
 quantitate duplici vel sufficiente, ut
 liquor limpido efficiatur, qui in vitris
 clausis asservetur.

Cera ad picandum.

Wachs zum Verpichen der Flaschen.
Flaschenpech.
 Rp. Cerae flavae P. 2 (vel Pa-
 raffinae P. 1½)
 Picis navalis P. 5
 Resinae Pini P. 10.
 Liquatis admisce
 Boli rubrae P. 2
 aut
 Eboris usti P. 2.

Rp. Colophonii
 [2] Resinae Pini aa P. 20
 Cerae (vel Paraffinae)
 Terebinthinae aa P. 3.
 Liquatis admisce
 Capitis mortui P. 1
 Ochrae pallidae ustae vel
 Ochrae aureae P. 3
 antea in pulverem subtilissimum re-
 ductas.

Collaneum fluidum.

Liquor glutinosus. *Klebstlüssigkeit.*
Ersatz des Gummischleims.
 Rp. Sacchari albi 100,0
 Aquae destill. 300,0.
 Solutione effecta, liquori ebullienti
 inter agitationem immisce
 Calcariae hydratae 25,0
 (Calcariae ustae 16,0 cum aquae 10,0
 macerata). Post aliquot momenta pau-
 latim adde
 Natri carbonici cryst. 20,0
 soluta in
 Aquae destill. 40,0.
 Deinde sepone per diem unum, po-
 stremum liquorem pellucidum decantha.
 Liquori admisce, si opus fuerit, aquae
 q. s., ut sit satis spissus.

Hager.

Collum signatorium.

Klebleim für Etiquetten.

Rp. Gelatinae albae P. 2
 [1] Sacchari cryst. (candi) P. 1.
 Leni calore in
 Aquae P. 3
 solutas et ad justam spissitudinem eva-
 poratas effunde in modulos et in iis-
 dem sicca.

Rp. Glutinis fabrilis P. 20
 [2] Sacchari cryst. P. 10
 Gummi Arabici P. 5.
 Solve digerendo in
 Aquae destill. P. 40.
 Hoc collo calido formulae et signa-
 turae chartaceae in dorso illinantur.
 Formulae collo oblitae siccatae ad usum
 servantur.

Explementum ad lignea.

Ad explendas rimas lignorum.
Kitt für Risse und Spalten im Holz.
 Rp. Calcariae hydratae P. 1
 [1] Farinae secalinae P. 2
 Vernicis Lini q. s.
 M. fiat massa.
 Rp. Cerussae pulveratae
 [2] Cretae praep. aa P. 50
 Plumbi acetici subt. pulv. P. 5
 Vernicis Lini q. s.
 Misce, ut fiat massa plastica. Si vis,
 parva copia Ochrae flavae admisceatur.

Rp. Serraginis subtilioris
 [3] (Ramentorum ligneorum)
 Cretae praep. aa P.
 Liquoris Natri silicici q. s.,
 ut fiat massa mollis. Ex tempore paretur.

Rp. Cerussae
 [4] Minii
 Lithargyri
 Cretae aa P.
 Misce. Fiat pulvis subtilissimus, cui
 admisce
 Vernicis Lini et
 Vernicis Succini q. s.,
 ut fiat pasta, qua rimae antea vernice
 Succini delitae expleantur. Loco ver-
 nicium Vitrum solutum duplicatum
 (Doppelwasserglas) adhibere potes.

Rp. Terrae infusoriae P. 1

[⁵] Sulfuris sublimati P. 2.

In vas ferreum tectum immissae leni calore liquentur et adhuc calidae adhibeantur. Rimae in ligno sint bene exsiccatae.

Explementum ferruminarium.

Ad explenda foramina, rimas etc. in ferramentis, et ad ferruminandum.
Kitt für kleine Löcher, Risse, Sprünge in Eisen.

Rp. Graphitae praeparati P. 1

[¹] Mangani hyperoxydati nativi pulv.

Cerussae zincicae aa P. 10.

Mixtae ad usum misceantur cum Liquoris Natri silicici q. s., ut fiat puls subfluida, quae statim adhibeatur.

Rp. Farinae laterum

[²] Cretae praep.

Vitri pulverati

Scoriae Ferri (e fabrica)

Limaturae Ferri

Boli rubrae aa P. 6

Minii praep.

Lithargyri praep. aa P. 3

Calcariae ustae P. 18.

Misce, fiat pulvis subtilissimus. Ad usum Vernice Lini commiscendus est. Rimis aut foraminibus Vernice Lini antea oblitis, ferrumen adhibeatur.

Rp. Graphitae subt. pulv. P. 30

[³] Calcariae hydratae P. 15

Barytae sulfuricae P. 40.

Conterendo bene mixtis subige

Vernicis Lini P. 25

vel q. s., ut fiat massa depsiticia.

Ferrumen

ad affigendos globos, tubos, cylindros etc. apparatusum electricorum, chemicorum etc. aut ad affigenda metallica in ligneis.

Rp. Resinae Pini q. v.

Liquatae adde inter agitationem

[¹] Gypsi usti pulv. q. s.,

ut fiat puls, quae addendo

Vernicis Lini aliquantum

ad spissitudinem mellis redigatur. Massa calefacta adhibeatur.

Rp. Resinae Pini P. 200.

Liquatis admisce

[²] Ochrae calcinatae P. 50

Gypsi usti P. 20

Vernicis Lini P. 10.

Rp. Explementum ad lignea praeccepti II.

Post plures dies valde indurescit.

Ferrumen

ad athena vaporatoria, tubulos, canales ferreos etc.

Eisenkitt. Kitt für eiserne Dampfkessel, Röhren etc.

Rp. Ferri pulv. P. 60

[¹] Ammonii muriatici P. 2

Sulfuris sublimati P. 1

Aquae q. s.

M. f. puls.

Rp. Sulfuris sublimati P. 3

[²] Gypsi pulverati P. 1

Caementi calcarei P. 2

Ammonii chlorati P. 4

Ferri pulverati P. 150

Ferri limati P. 200.

Mixtae humectentur

Aceti crudi q. s.

Massa cum aqua fervida commixta recens adhibeatur.

Mastic-Serbat.

Rp. Lithargyri praeparati

[³] Mangani hyperoxydati pulverati aa P. 10

Graphitae laevigati P. 1.

Bene mixtis immisce

Vernicii Lini q. s.,

ut fiat puls mollis subplastica.

Ferrumen

ad Apparatus vitreos, porcellaneos, metallicos, ligneos, subereos, ut sint densi, neve aqua per eos penetrare possit.

Rp. Cerussae Zincii (Oxydi zincici crudi) q. v.

Vernicis copalinae q. s.

Diligenter terendo misceantur et ad

pultem mollem redigantur, qua juncturas commissurasque compleas. Massa in juncturis exsiccata, pars altera pulvis Vernice copalina diluatur, eaque loca densanda superlinantur, postremo Vernice copalina pura obducantur.

Ferrumen

ad conglutinanda vitrea cum orichalceis.

Kitt zur Verbindung von Glas mit Messing.

Rp. Resinae Pini P. 150

Cerae P. 30

Ochrae ustae P. 30

Gypsi usti P. 2.

M. liquando calore modico.

Ferrumen

ad corium, resinam elasticam, Guttam percham ferro agglutinanda.

Rp. Glutinis fabrilis P. 200

Gummi Ammoniaci P. 12.

Loco calido liquando mixtis immiscee

Acidi nitrici crudi P. 12.

Ferrumen

ad laminas, limas, spathulas in manubria lignea infingendas.

Zum Einkitten der Klängen, Feilen, Spatel in hölzerne Griffe.

Rp. Laccae in tabulis P. 2

[¹] Cretae praep. P. 1.

Pulveratas misce. Foramini hoc pulvere impleto ferri pars extrema calefacta infigatur.

Rp. Calcariae carbonicae q. v.

[²] Liqueoris Kali silicici q. s.

Misce. Fiat massa pulposa mollis. Statim adhibeatur.

Ferrumen

ad ossea, eburnea, testum, matricem margaritarum, gemmas albas etc.

Kitt für Knochen, Elfenbein, irdenes Geschirr, Fischbein, Perlmutter, weisse Edelsteine. Diamantleim.

Rp. Ichthyocollae incisi. P. 25

[¹] Glutinis fabrilis albi P. 50.

Solve digerendo in

Aquae destillatae P. 500.

Solutio colata ad P. 300 residuas evaporetur, quibus admiscee

Mastiches pulv. P. 1

antea in

Spiritus V. rectfss. P. 10

solutam. Postremum adde

Cerussae Zinci praeparatae
(Zinkweiss) P. 25.

Mixtio tepefacta et agitata adhibeatur.

Rp. Gelatinae albae P. 20.

Solve digerendo in

[²] Aquae destill. P. 30.

Solutioni calidae affunde

Sandaracae P. 3

Mastiches P. 2

Terebinthinae Venetae P. 1

antea solutas in

Spiritus V. rectfss. P. 10.

Agita, donec refrixerint.

Massa ad usum in mixtione e Spiritus V. rectf. et Aceti aa P. parata solvatur.

Ferrumen

ad res vitreas vel ligneas metallicis agglutinandas.

Kitt zum Befestigen von Glas und Holz auf Metall.

Rp. Laccae in tabulis

Lapidis Pumicis praep. aa P.

Colliquefiant in massam.

Partes ferruminandae antea solutione Laccae in tabulis spirituosa oblinantur.

Ferrumen

ad succinea et testudinea.

Kitt für Bernstein und Schildpatt.

Rp. Mastiches pulv.

Olei Lini aa.

Colliquatae adhibeantur.

Ferrumen ad succinea liquidum.

Rp. Mastiches pulv. P. 10

Laccae in tabulis P. 30

Terebinthinae Venetae P. 2

Spiritus V. alcoholisati P. 120.

Digere per diem unum et saepius agita, dein filtra. Liqueor ad spissitudinem syrupi tenuioris evaporetur et servetur.

Ferrumen

ad Vasa ferrea.

Kitt für eiserne Wassergefäße.

Rp. Boli rubrae P. 6.

Limaturae Ferri
Lapidis Pumicis \widehat{aa} P. 1
Vernicis Lini q. s.

M. Cf. supra Explementum ferruminarium et Ferrumen ad athena vaporatoria etc.

Ferrumen

ad vasa porcellanea, Faventina
et vitrea lacteo-alba.

*Kitt für Porcellan, Fayence und
Milchglas.*

Rp. Minii P. 3

[¹] Arenae siliceae depuratae P. 2
Acidi boracici P. 3.

Mixtae, crucibulo Hassiaco ingestae calore fortiore confluentur et adhuc aestuantes in laminam metallicam effundantur. Massa refrigerata et laevigata cum mucilagine Gummi Arabici aut aqua tragacanthina commista ad ferruminandum adhibeatur. Ope penicilli ferrumen inducatur. Fragmentis conglutinatis et leni calore siccatis, vasa in fornacula docimastica (*Muffeln*) vel in fornace figuli colloca et ure. Tum eo loco lentissime refrigerescant, ut ferrumen albidum appareat. Ferrumen refrigeratione celeri limpidum fit.

Rp. Caseini recentis e lacte praecipitati q. v.

Liq. Kali silicici

Liq. Natri silicici \widehat{aa} q. s.

Misce, ut fiat puls mollis. Statim adhibeatur.

Ferrumen s.

Explementum universale.

Rp. Terrae infusoriae
Lithargyri praep. \widehat{aa} P. 10
Calcariae hydratae P. 5
Vernisii Lini q. s.

Misceantur exactissime, ut fiat pasta subplastica.

Ferrumen ferrarium

ad bacilla ferrea, vincula uncinata infigenda.

*Zum Einkitten von Eisenstäben, Haspen,
Klammern.*

Rp. Gypsi recens usti P. 3

[¹] Limaturae Ferri P. 1.

Misce, fiat pulvis. Cum Aceti quan-

titate sufficiente ad pulvem commixtus statim adhibeatur. Foramen haec pulve impleatur et tum bacillum statim imponatur. Puls celeriter durescit.

Rp. Calcariae ustae pulv.

[²] Arenae pulvereae \widehat{aa} P. 10

Cretae laevigatae P. 2

Boli albae pulv. P. 1.

Mixtis addatur inter agitationem

Liquoris Natri silicici q. s.,
ut puls mollior subfluida efficiatur, quae statim adhibeatur.

Ferrumen glycerinatum.

Glycerinkitt.

Rp. Glycerinae 12,0

Aquae destill. 4,0.

Mixtis adde

Lithargyri praeparati 100,0.

Conterendo fiat massa, quae statim adhibeatur. Haec massa recens parata post horas tres vel quinque durescit.

Ferrumen metallicum.

Metallkitt.

Rp. Zinci oxydati

[¹] Plumbi sulfurici

Mangani hyperoxydati

Capitis mortui \widehat{aa} P. 100

Vernicis Lini q. s.

M. fiat pasta.

Ferrumen adamantinum.

Diamantkitt.

Rp. Lithargyri praep. P. 15

[¹] Calcariae hydratae P. 5.

Mixtis adde conterendo

Cretae laevigatae P. 10

Graphitae praep. P. 50.

Quo facto immisce

Vernisii Lini P. 20

vel q. s., ut fiat massa depositea, quae servetur. Ferrumen hoc tepefactum adhibeatur.

Rp. Ichthyocollae concis. P. 10.

Solve digerendo in

[²] Spiritus V. diluti (50%) P. 80.

Liquori calido admisce

Mastiches P. 6

solutas in

Spiritus V. fort. (92%) P. 66,

tum liquorem miscendo paratum ex

Ammoniaci gummosi *P.* 3 et
Spiritus *V.* diluti *P.* 10.

Ferrumen ad zincica.

Rp. Calcariae hydratae *P.* 20

[³] Sulfuris sublimati *P.* 4.

Mixtis interatur solutio parata e

Glutinis fabrilis *P.* 10

et Aquae fervidae *P.* 7.

Ad usum recens mixtio efficiatur.

Ferrumen pellucidum

ad vasa vitrea.

Rp. Resinae elasticae minutim
conc. *P.* 1.

Solve in

Chloroformii *P.* 70.

Tum adde

Mastiches pulv. *P.* 25.

Macera per biduum, saepius agita et
decantha. Ope penicilli liquorem in-
ducas.

Ferrumen zincicum.

Zinkkitt zu jeder Verwendung.

Rp. Cerussae zincicae

Arenae pulvereae *aa P.*

Mixtae commisceantur cum liquore
parato e

Zinci chlorati *P.* 2

et Aquae destill. *P.* 3,

ut fiat puls, quae statim adhibeatur.

Ferrumina et Luta ad apparatus

destillatorios pharmaceuticos.

I. In destillationibus aquarum et
vinosorum.

Rp. Placentae Lini seminis pulv.

[¹] *P.* 3

Farinae secalinae *P.* 2

Aquae communis q. s.

Misce, ut fiat massa.

Digitorum ope madefactorum junctur-
is commissuris adprimatur et lae-
vigetur, aut super chartam inducta
applicetur.

Rp. Fabarum alb. pulv. q. v.

[²] Malthae ex Amylo tenuioris
q. s.

Misce, ut fiat massa.

II. In liquoribus calore forti
destillandis.

Rp. Calcariae hydratae q. v.

Glutini fabrilis in aqua so-
luti q. s.

Misce, ut fiat massa mollis.

III. Ad tubos et apparatus vapora-
riorum.

Rp. Cerussae Zinci (*Zinkweiss*)
P. 10

Mangani hyperoxydati *P.* 5

Boli albae *P.* 20.

Subtilissime pulveratis admisce

Vernicis Lini q. s.,

ut fiat massa mollis. Recens parata
adhibeatur.

Ferrumina Vitriariorum.

Kitt für Glas, Edelsteine, Porcellan.

Rp. Mastiches pulv. *P.* 10.

Solve in

[¹] Spiritus *V.* alcohol. *P.* 60.

Tum recipe

Ichthyocollae incisae *P.* 20

quas solve in

Aquae *P.* 100

Spiritus Frumenti *P.* 10.

Solutioni huic colatae admisce

Gummi Ammoniaci *P.* 5

antea in

Spiritus Frumenti *P.* 25

solutas. Hoc facto, commiscee misce-
lam cum solutione Mastiches inter agi-
tationem et serva.

Leni calore liquata miscela ope peni-
cilli adhibeatur.

Rp. Mastiches

[²] Laccae in tabulis *aa P.*

Aquam adspargendo triturandoque
in pulverem subtilissimum redactae
penicilli ope superficiei fracturae illi-
nantur et siccentur. Tum calefac, ut
massa illita colliguescat, et statim tes-
tas l. a. conglutina.

Rp. Ferrumen ad succinea li-

[³] quidum.

Glutinum chromatum.

Chromleim. Leimkitt.

Rp. Gelatinae siccae 10,0.

Solve calore balnei aquae in

Aquae destill. 40,0.

Liquori adhuc fluido, ad 50° C. calido admisce liquorem calidum, solvendo paratum ex

Kalii bichromici 10,0

Aquae destill. 18,0.

Massa gelatinosa loco a luce remoto servetur, ne reductione corrumpatur.

Glutinum ad corium.

Rp. Asphalti

Olei Terebinthinae

Colophonii aa P. 1

Guttæ Perchæ P. 5

Alcoholis Sulfuris P. 25.

Macerando solve.

Glutinum ad corium metallicis rebus agglutinandum.

Metallum oblinatur Glutine fabrilis soluto calido, corium autem Acido tannico soluto. Quo facto partes conglutinandæ comprimantur et seponantur.

Glutinum fabrilis fluidum.

Flüssiger Leim.

Rp. Glutinis fabrilis (Coloniensis)

[¹] P. 100.

Solve calore balnei vaporis in

Aquae destill. P. 150.

Tum adde paulatim inter agitationem

Acidi nitrici crudi P. 30

aut q. s., ut glutinum refrigeratum fluidum maneat.

Rp. Glutinis fabrilis P. 100.

Aqua frigida superfusæ stent per diem unum, ut mollescant. Tum aqua defusa affunde

[²] Aceti concentrati P. 100

et leni calore efficiatur mucilago. Si liquor refrigeratus congelet, addatur leni calore liquato

Aceti concentrati q. s.,

ut post refrigerationem sit spissitudinis syrupi.

Rp. Glutinis fabrilis P. 10

[³] Aquae fervidae P. 15

Aceti concentrati P. 12

vel q. s., ut glutinum refrigeratum sit fluidum.

Glutinum marinum.

Marine-gluë. Marineleim. Seeleim.

Rp. Resinae elasticae (*Kautschuk*) P. 10.

Solve macerando in

Carbonei sulfurati P. 40.

Liquori admisce

Laccae in tabulis P. 10—12

solutas in

Spiritus Vini absoluti P. 30.

Fortiter conquassentur. *Us.:* Corpora lignosa hoc glutine malthentur, rimae navis explentur, metalla cum ligno colligantur etc.

Glutinum resinosum fluidum.

Ferrumen e Lacca in tabulis.

Bernsteinkitt.

Ferrumen universale.

Rp. Laccae in tabulis pulv. P. 10

[¹] Spiritus V. alcoholisati P. 8—10.

Digerendo misce.

Rp. Laccae in tabulis pulv. P. 2

[²] Boracis P. 1

Aquae destill. P. 15.

Coque inter agitationem, donec Lacca soluta sit.

Glutinum simplex.

Allgemeinkitt.

Rp. Syrupi Sacchari P. 10

Liquoris Kalii silicici P. 15

Liquoris Natrii silicici P. 5

Aquae destill. P. 3.

Mixta usque ad ebullitionem calefac, tum sepone.

Glutinum vegetabile.

Mucilago agglutinatoria (gummosa).

Gummischleim zum Ankleben. Klebe-

Gummischleim. Vegetabilischer Leim.

Gum-Water.

Rp. Aluminae sulfuricae crystalli-

[¹] satae P. 3.

Gummi Arabici P. 50

Aquae destillatae P. 80

vel quantum ad spissitudinem pulvis vel mucilaginis efficiendam sufficit.

Rp. Mucilag. Gummi Arab. (1:2)
[2] 100,0

Chloroformii 0,3.

Misce agitando. Non mucescit.

Gluten signatorium.

Post- und Markenleim.

Rp. Glutinis fabrilis 15,0

[3] Sacchari candidi 30,0

Gummi Arabici 7,5

Aquae destillatae 60,0.

Calore balnei aquae inter agitationem solutio efficiatur.

Indumentum ferruminarium

ad densandum corium, ut aqua penetrare non possit.

Ueberzug, um Leder wasserdicht zu machen.

Rp. Sebi taurini

Paraffini

Olei Lini aa P. 10.

Liquatis et semirefrigeratis admisce

Vernicis Succini P. 10.

Indumentum ferruminarium

ad densandas telas, ut aqua penetrare non possit.

Küttartiger Ueberzug für Zeugstoffe.

Rp. Guttae-Perchae P. 1—2.

Solve digerendo (35° C.) agitandoque in

[1] Benzinae Petrolei P. 10.

Solutioni per linteam laxè textum fusae et adhuc calenti admisce

Vernisii Lini P. 10.

Miscela tepefacta ope penicilli telis siccatis inducenda est.

Rp. Olei Papaveris cocti P. 3

[2] Vernicis copalinae P. 1.

Misce.

Rp. Boli albae P. 20

[3] Lithargyri P. 5

Fuliginis et taeda ustae P. 1.

In pulverem subtilissimum redactas commisce cum

Vernicis Lini

quantitate sufficiente, ut fiat massa mollis, quae ope spatulae aut cultri super

telam aequabiliter extendatur. Indumento hoc siccato, tum lapidis Pumicis ope laevigato, vernice copalina tela illinatur.

Luta ad fornaces.

Ofenkitte.

Rp. Cineris e ligno

[1] Ferri limati

Argillae siccae aa P. 2

Salis culinaris P. 1.

Misceantur cum

Aceti crudi q. s.,

ut fiat massa.

Rp. Argillae humidae P. 15

[2] Calcariae hydratae P. 3

Cineris e ligno P. 2

Capillorum vitulinorum concisorum P. 1

Sanguinis bovini q. s.

Misce, ut fiat massa. Recensparetur.

Rp. Argillae albae siccae P. 20

[3] Arenae pulv. P. 10

Calcariae hydratae P. 3

Boracis pulv. P. 1

Liquoris Natri silicici q. s.

Misce, ut fiat massa. Recensparetur et statim adhibeatur.

Rp. Limaturae Ferri subtilis

[4] Arenae pulveratae

Eboris usti

Calcariae hydratae, aa P.

Sanguinis bovini q. s.

M., ut fiat massa, quae recensparata adhibeatur.

Lutum album. *Weisser Ofenkitt.*

Rp. Argillae albae

[5] Barytae sulfuricae aa 50,0.

In pulverem subtilissimum redactis admisce

Vitri albi subt. pulv. 30,0

Calcariae ustae, in aëre dilapsae 20,0

Liquoris Kali silicici 25,0

Liquoris Natri silicici q. s.,

ut fiat pasta mollis. Statim adhibeatur.

Rp. Talcii Veneti praep.

[6] Barytae sulfuricae aa P. 10

Calcariae ustae dilapsae P. 3
Liquoris Kali et Natri silicici q. s.

M. f. pasta mollis. Statim consume.

Luta ad lapidea.

Lithocollae. Explementa lapidea.
Steinkitte.

Rp. Resinae Pini

[¹] Cerae aa P. 1.

Liquatis admisce

Pulveris lapidis P. 3—5.

Fiat massa, quae calefacta adhibeatur.

Rp. Resinae Pini P. 2.

Liquatis admisce

[²] Sulfuris loti P. 1

Pulveris lapidis P. 5—6.

Fiat massa, quae calefacta adhibeatur.

Rp. Calcariae hydratae

[³] Boli aa P.

Sanguinis bovini q. s.

M. fiat massa, quae recens parata adhibeatur.

Rp. Calcariae hydratae P. 5

[⁴] Cretae laevigatae P. 20

Boli albae (vel Ochrae flavae vel fuscae) P. 2

Liquoris Natri silicici q. s.,
ut fiat pasta mollis.

Ad cupas (*Kufen*) lapideas.

Rp. Picis navalis P. 4

[⁵] Colophonii P. 2.

Liquatis admisce

Farinae laterum,

Cerussae Zinci

Minii aa P. 1.

Fiat massa, quae liquata in rimas infundatur. Rimae antea mixtione e

Picis navalis P. 1

Vernicis Succini P. 5

parata illinendae sunt.

Ad pavimenta lapidea.

Rp. Calcariae hydratae P. 10

[⁶] Cretae laevigatae P. 15

Boli albae P. 5

Liquoris Natri silicici q. s.

Misce, ut fiat massa, quae, ut libet, addendis Ochris, Caeruleo montano, Terra de Siena etc., coloretur. Massa recens parata adhibenda est.

Lutum universale ad lapidea.

Rp. Casei recentis q. v.

[⁷] Calcariae hydratae q. s.

M. ut fiat massa, cui addas

Pulverem lapidis.

Recens parata statim adhibeatur.

Rp. Cretae praep. P. 10

[⁸] Calcariae ustae P. 1.

Conterendo mixtis adde

Liquoris Natri silicici q. s.,

ut fiat massa puliformis, quae statim adhibeatur. Post longius tempus vel loco tepido durescit.

Ad rimas cisternarum et scalarum lapidearum.

Rp. Farinae Laterum P. 9

[⁹] Lithargyri P. 1

Olei Lini q. s.

M. fiat massa, consistentia? emplastri mollis, quae foraminibus rimisque, antea ope spongiae paululo aquae humectatis, applicetur. Massa post 5—6 dies durescit.

Ad statuas, vasa etc.

Rp. Cerae

[¹⁰] Resinae Pini aa P. 35

Ramentorum Ferri (*Hammer-schlag*)

Arenae farinosae aa P. 4.

Colligando mixtis adde

Florum Sulfuris P. 8.

Calefiant inter agitationem per horae quadrantem. Tum massam in aquam frigidam effunde et malaxa. Calefacta adhibeatur. Si statuum calefacere non potes, rima aut fractura antea solutione spiritiuosa Colophonii dilutiore illinatur.

Luta,

quae aqua non solvuntur.

Rp. Arenae P. 100

[¹] Calcariae hydratae P. 20

Casei recentis P. 10

Aquae q. s.

M. f. massa, quae recens parata adhibeatur.

Rp. Farinae laterum

[2] Calcariae hydratae aa P. 4

Limaturae Ferri P. 1

Sanguinis bovini

Aquae aa P. sufficientes.

M. f. massa, quae recens parata adhibenda est.

Rp. Farinae laterum

[3] Calcariae hydratae aa P.

Sanguinis bovini q. s.

M. f. massa, quae etc.

Rp. Calcariae ustae pulv. P. 6

[4] Arena pulvereae

Farinae laterum aa P. 2

Minii P. 1

Lithargyri P. 1/2

Cerussae P. 1

Limaturae Ferri P. 2

Pilorum vitulinor. concisorum P. 1

Vernicis Lini q. s.

M. f. massa subtilis. Recens paretur.

Rp. Terrae infusoriae P. 1

[5] Sulfuris sublimati P. 2.

Leni calore liquando mixtae adhuc calidae adhibeantur.

Rp. Laccae in tabulis P. 20

[6] Olei Ricini P. 1.

Solutis in

Spiritus Vini alcoholisati P. 40 admisce

Talci Veneti pulv. q. s.,
ut fiat massa unguinosa, quae leniore calore adhibeatur.

Lutum

ad valvas fornicales aëri impervias.

Kitt für luftdichte Ofenthüren.

Rp. Limaturae Ferri P. 5

[1] Boli albae P. 1.

Commisceantur cum

Aceti crudi q. s.,

ut fiat massa, quae statim adhibenda est.

Rp. Limaturae Ferri P. 120

[2] Ammonii muriatici P. 2

Spathi agrestis (*Feldspath*)

pulv. P. 10

Florum Sulfuris P. 1

Aquae q. s.

Misce, ut fiat massa mollis, quae statim adhibenda est.

Maltha ad tubos aquaeductuum.

Kitt für Wasserleitungsröhren.

Rp. Colophonii

[1] Olibani

Sandaracae

Gossypii minutim concisi aa P.

Conflentur ad massam, quae refrigerata et pulverata commisceatur cum

Calcariae ustae pulv.

pari pondere. Huic miscelae adde

Olei Papaveris cocti q. s.

donec spissitudo Terebinthinae communis efficiatur.

Ad tubos figulinos.

Rp. Picis navalis P. 10

[2] Olei Lini P. 1.

Liquatis admisce quantitatem sufficientem pulveris subtilioris, qui e

Boli rubrae

Arenae

Scoriae Ferri

Vitri aa P. 4

Farinae e latere P. 15

miscendo paratus est, ita ut fiat massa consistentiae Terebinthinae communis. Massam refrigeratam in pulverem redige et serva. Aut liquefacta, aut Oleo Lini diluta, stupa subacta, adhibeatur.

Maltha seu Ferrumen

ad vasa aquaria lignea, frigeratoria lignea (*Kühlfässer*) etc.

Rp. Picis navalis

[1] Colophonii aa P. 10

Olei Lini

Vernicis Lini aa P. 5.

Liquando commixtis adde

Cerussae Zinci (aut Minii)

Farinae e latere aa P. 1.

Massa liquata aut in rimas fundatur, aut applicetur vel cum stupa vel cum gossypio mixta.

Maltha s. Indumentum caementarium ad lignea.

Rp. Resinae Pini P. 5

[²] Olei Lini P. 1.

Liquando mixtis adde agitando

Cretae praep. P. 5

Arenae pulverulentae

Eboris usti aa P. 1.

Massa liquata, cum vernice Lini commista, lignum oblinatur.

Maltha seu Ferrumen universale.

Universalkitt.

Rp. Calcariae hydratae, per cribrum trajectae q. v.

Misce cum

Casei recentis aut

Albuminis ovi q. s.,

ut fiat massa mollis, quae adhuc recens statim adhibeatur.

Rp. Lactis vaccini, cremore liberati P. 15.

Ebullientibus adde

Aceti Vini q. s.,

ut pars caseosa coagulet, quam in linteo collige et commisce cum

Albuminis ovi P. 3

Calcariae hydratae per cribrum trajectae q. s.,

ut fiat massa mollis, quae recens parata statim adhibeatur.

Maltha universalis pulvereae.

Pars caseosa lactis, coquendo cum Aceto secreta, in strata tenuiora extensa loco calido exsicceetur et in pulverem grossiusculum redigatur, cuius Partibus 10 admisce

Calcariae ustae pulv. P. 2

Camphorae P. $\frac{1}{20}$.

Serva in lagenulis optime obturatis.

Hic pulvis addendo Aquam destillatam inter terendum ad massam molliorem redactus adhibeatur.

Munimenta ad vitrea.

Maltha ad loricanda vasa vitrea et porcellanea, uti cucurbitas, retortas etc.

Beschläge für Glasgefäße etc.

Rp. Arenae pulverulentae

[¹] Argillae albae aa P. 10

Setarum bubularum minutim concisarum q. s.

Aquae q. s.

M. fiat linimentum densius, quod vasis ope penicilli iterum iterumque illinatur.

Rp. Boli albae

[²] Farinae e latere aa P.

Vernicis Lini q. s.

Misce, fiat linimentum.

Rp. Boli albae

[³] Farinae e latere aa P.

Liquoris Kali silicii basici q. s.

M., fiat linimentum.

Rp. Boli albae

[⁴] Farinae e latere

Vitri pulverati

Minii aa P.

Liquoris Kali silicii basici q. s.

M., fiat linimentum.

Rp. Ramentorum Ferri (*Hammerschlag*) pulv.

[⁵] Argillae

Sanguinis recentis.

M., fiat linimentum.

Rp. Spati fluorici subt. pulv. P. 1

[⁶] Vitri albi pulv. P. 2

Liquoris Kali silicii q. s.

M. fiat puls mollis.

Loricatio ope hujus malthae commendanda est.

Finis seriei Ferruminum et Glutinum.

Fluxus albus.*Weisser Fluss.*

Menstruum metallorum.

Rp. Kali bitartarici

Kali nitrici sicci aa P.

Mixtas in sartagine figulinam satis amplam eo modoingere, ut acervum conicum referent. Tum ope prunae acervi cacumen incende. Detonatione peracta, massam residuam (e Kali carbonico et Kali nitroso constantem) statim in lagenas bene obturandas immitte. In liquatione metallorum ad scorias efficiendas adhibetur.

Fluxus celer

Baumei.

Baumé's Schnellfluss.

Rp. Kali nitrici P. 3

Sulfuris P. 1

Serraginis (scobis lignae) P. 1.

M. f. pulvis grossus.

Fluxus niger.

Menstruum metallorum reductorium.

Schwarzer Fluss.

Rp. Kali bitartarici P. 2

Kali nitrici sicci P. 1.

Mixtae paulum calefactae eodem modo tractentur, qui ad parationem Fluxi albi praeceptus est.

Fomentum acetosum.*Fomentation vinaigrée.*

Rp. Aceti alicujus medicamentosi P. 1.

Diluatur

Aquae P. 4.

*Ph. Gall.***Fomentum aromatico-acidum.**

Rp. Specierum aromaticar. P. 1.

Infunde

Aquae ferventis P. 8.

Colaturae Partium 7 admisce

Aceti crudi P. 3.

Paretur ex tempore.

Fomentum aromatico-vinosum.

Rp. Specierum aromaticar. P. 1.

Infunde

Aquae ferventis P. 8.

Colaturae P. 7 admisce

Vini Gallici rubri P. 3.

Paretur ex tempore.

Fomentum aromaticum.Fotus aromaticus *Ph. Gall.*

Rp. Spec. aromatic. 30,0

Aquae fervidae q. s.,

ut digerendo per horam unam colatura colligatur, quae litram (1000,0) expleat. *Ph. Gall.*

Eodem modo paretur:

Fomentum Sambuci florum.**Fomentum emolliens.**Fotus emolliens. *Fomentation emolliente.*

Rp. Specierum emollientium

50,0

Aquae q. s.

Ebulliant per decem momenta horae, tum exprimendo colentur. Colaturae sint Gm. 1000 (Litra 1). *Ph. Gall.*

Fomentum frigidum Schmuckeri.

Rp. Ammonii hydrochlorici grosso modo pulv.

[1] Kali nitrici grosso modo pulv. aa 15,0.

Misce. Simul dispensa liquorem in praecepto consequente notatum:

Rp. Aceti vini 150,0

[2] Aquae destill. 600,0.

Misce.

Signa. Pulvis inter linteola duo extensus et parti corporis superimpositus liquore addito humectetur.

Fomentum narcoticum.*Fomentation narcotique.*

Rp. Specierum narcoticarum P. 5.

Superinfunde

Aquae ebullientis P. 100.

Stent per horam unam, tum colentur.

*(Ph. Gall.)***Fomentum sambucinum.**Fotus sambuceus. *Fomentation de fleurs de sureau.*

Rp. Florum Sambuci P. 5.

Affunde
 Aquae ebullientis *P.* 100.
 Stent per horam unam et colentur.
Ph. Gall.

Fomentum vinosum.*Fomentation vineuse.*Rp. Mellis albi *P.* 1.

Solve in
 Vini rubri *P.* 10.
(Ph. Gall.)

Formethylalum.*Melange de Grégory.*

Destillatum primo collectum in paratione Methylali (conf. idem). *Dosis:* 2,0 cum syrupo.

Formulae magistrales Berolinenses in usum pauperum.

Collyrium Argenti nitrici.

Rp. Argenti nitrici fusi 0,05
 Aquae destillatae 25,0.
 S. Gutt. 1–3 oculo instilla.

**Emplastrum Tartari
 stibiati.**

Rp. Tartari stibiati 15,0
 Emplastri Plumbi comp. 60,0.
 Misc.

Emulsio oleosa.

Rp. Olei Papaveris 20,0
 Gummi Arab. pulv. 10,0
 Syrupi simplicis 20,0
 Aquae communis 200,0.

**Emulsio Seminis
 Papaveris s. communis.**

Rp. Seminis Papaveris 15,0
 Aquae communis q. s.
 Colaturae 135,0 adde
 Syrupi simplicis 15,0.

Infusum laxans.

Rp. Foliorum Sennae concis. 15,0.
 Infunde
 Aquae fervidae q. s.
 Colaturae 145,0 adde
 Natri sulfurici 30,0
 Syrupi simplicis 25,0.

**Linimentum
 ad combustiones.**

Rp. Argenti nitrici fusi 5,0

Aquae destill. q. s. (4,0)
 Olei Lini q. s.,
 ut expleantur 150,0.

Linimentum volatile.

Rp. Olei Rapae raffinati 80,0
 Liquoris Ammonii caust. 20,0.
 M.

**Linimentum volatile
 camphoratum.**

Rp. Olei camphorati 20,0
 Olei Rapae raffinati 60,0
 Liq. Ammonii caustici 20,0.
 M.

Mixtura**Acidi hydrochlorici.**

Rp. Acidi hydrochlorici 3,0
 Syrupi Althaeae 60,0
 Aquae communis 137,0.
 M.

Mixtura nitrata.

Rp. Kali nitrici 6,0
 Syrupi simplicis 30,0
 Aquae communis 164,0.
 M. S. Bihorio cochlear.

Mixtura solvens.

Rp. Ammonii hydrochlorici 5,0
 Extr. Liquirit. sol. (1:3) 20,0
 Aquae communis 175,0.
 M. S. Bihorio cochlear.

Mixtura solvens stibiata.

Rp. Tartari stibiati 0,05
 Ammonii hydrochlorici 5,0

Extracti Liquirit. sol. (1:3)
20,0.
Aquae communis q. s.,
ut pond. totius sint: 200,0.

Pilulae aloëticae.

Rp. Aloës pulveratae
Tuberis Jalapae pulv.
Saponis medicati aa 4,0
Spiritus Vini diluti q. s.
M., ut fiant pilulae 100, consp. Pulv.
rad. Liquiritiae.

Pilulae hydragogae Heimii.

Rp. Gutti
Foliorum Digitalis pulv.
Bulbi Scillae pulv.
Stibii sulfurati aurant.
Extracti Pimpinellae aa 1,2.
M., ut fiant pilulae 50, consp. Pulv.
rad. Liquiritiae.

Pilulae majores.

Rp. Hydrargyri bichlorati corro-
sivi 0,3
Aquae destillatae q. s.
Boli albae praeparatae 10,0.
M., ut fiant pilul. 100, consp. Pulv.
rad. Liquiritiae.

Pilulae contra tussim.

Rp. Morphini acetici 0,05
Radice Ipecacuanh. pulv. 0,2
Stibii sulfurati aurant. 0,3
Sacchari pulv.
Radice Althaeae pulv. aa 1,5
Aquae communis q. s.
M., ut fiant pilulae 25, consp. Pulv.
rad. Liquiritiae.

Pulvis emeticus.

Rp. Tartari stibiati 0,1
Radice Ipecacuanh. pulv. 1,5.
M.

Pulvis laxans.

Rp. Hydrargyri chlorati mitis 0,2
Tuberis Jalapae pulv.
Sacchari albi pulv. aa 1,2.
M.

Pulvis Plummeri.

Rp. Hydrargyri chlorati mitis
Stibii sulfurati aurant. aa 0,25
Sacchari albi pulv. 2,5
Radice Althaeae pulv. 1,0.
M. f. p., divide in part. aeq. quinque.

Pulvis purgans.

Rp. Tuberis Jalapae
Tartari depurati
Elaeosacch. Foeniculi aa 8,0.
M. f. pulv. subtilis. Divide in par-
tes sex aequales. S. Pulvis unus mane
sumatur.

Saturatio simplex.

Rp. Kali carbonici depur. 5,0
Aceti 80,0 (vel q. s.)
Syrupi simplicis 30,0
Aquae communis 85,0.
M. l. a.

Solutio Natri nitrici.

Rp. Natri nitrici 8,0
Aquae commun. 192,0.
Solve

Species bechicae s. pectorales.

Rp. Radice Althaeae concis.
Foliorum Farfarae conc. aa
75,0
Radice Liquiritiae conc. 30,0
Fructus Anisi vulgaris c. 20,0.
M.

Species diureticae.

Rp. Radice Levistici concisae
Radice Ononid. concisae
Radice Liquiritiae concisae
Florum Stoechadis citrinae
concisorum
Fruct. Juniperi contus. aa 20,0.
Misc.

Species nervinae.

Rp. Foliorum Menth. piper. conc.
Radice Valerianae conc. aa
P. (50,0).
M.

Trochisci anthelminthici.

Rp. Santonini 0,5
 Tragacanthae pulv. 0,05
 Sacchari albi pulv. 2,5
 Aquae communis q. s.
 M., ut fiant trochisci decem.

Unguentum Rorismarini comp.

Rp. Adipis suilli
 Sebi aa 20,0
 Olei Rorismarini

Liq. Ammonii caustici aa 5,0.
 M.

Unguentum simplex.

Rp. Adipis suilli 60,0
 Cerae albae 15,0
 Aquae communis 15,0.

M.

Unguentum vesicatorium.

Rp. Summitatum Sabinae subt.
 pulv. 5,0
 Unguenti basilici 15,0.

M.

Formulae magistrales Rademacheri.

Praecepta legitima rogatu

Rademacheri a pharmacopola Pape confecta.

Aqua Castorei.

Rp. Castorei Canadensis minutim
 concisi 120,0
 Spiritus Vini rectificati 120,0
 Aquae q. s.
 Digestione per duodecim horas effecta
 destillando eliciantur 720,0.

Aqua Glandium.

Rp. Glandium Quercus electarum
 1800,0.
 Grosso modo contusis affunde
 Spiritus Vini rectifss. 450,0
 Aquae q. s.,
 ut destillando vel ope aquae vaporum
 permittendorum Kilogrammata 2,7 (Gr.
 2700) elicere possis.

Aqua Nicotianae.

Rp. Foliorum recentium electorum
 Nicotianae Tabaci vel rusti-
 cae 2880,0.
 Incisis affunde
 Spiritus Vini rectifss. 540,0
 Aquae q. s.,
 ut destillando 2880,0 eliciantur. Folia
 Nicotianae recens collecta statim inci-
 dantur atque destillationi subjiciantur,
 ne situ in fermentationem abeant.

Aqua Quassiae.

Rp. Ligni Quassiae raspati 1080,0
 Corticis Quassiae incisi 270,0
 Spiritus Vini rectfss. 360,0
 Aquae q. s.
 Macera vase clauso per horas viginti
 quatuor, tum destillent 2880,0.

Aqua Strychni seminis.

Aqua Nucum vomicarum.
 Rp. Seminum Strychni diligenter
 concisorum 720,0
 Spiritus V. rectfss. 90,0
 Aquae q. s.
 Macera vase clauso per horas viginti
 quatuor, deinde destillando eliciantur
 1080,0.

Argentum chloratum.

Praecipitatum ex Argento nitrico
 soluto ope salis culinaris soluti effectum
 Aqua destillata sollicite eluatur, tum,
 Spiritu Vini rectificato affuso, loco
 luci non pervio digeratur, donec co-
 lorem griseum, aspectus Mercurii gri-
 sei, induerit. Dein in filtro collectum
 inter chartae bibulae trages siccetur.

Cuprum oxydatum nigrum.

Rp. Cupri ad ramenta redacti q. v.

Acido nitrico puro diluto, leni calore adhibito, solvatur. Liquor inde obtentus, in patinam porcellaneam ingestus ad siccum redigatur, calorem ad finem operationis sensim augendo. Dein massa sicca, in crucibulum immissa, fervore rutilo excandescat.

Emplastrum miraculosum.

Rp. Minii subtilissime pulv. 240,0
Olei Olivarum 480,0.

Mixtis, lege artis in emplastrum subnigrum redactis atque adhuc paullum calidis immiscee

Succini subtilissime pulv. 11,25

Camphorae tritae 7,5

Aluminis usti pulverati 3,75.

Mixtione peracta, massa in capsulas chartaceas infundatur.

Liquor anodynus terebinthinatus.

Rp. Liquoris aetherei Hoffmanni 30,0.

Olei Terebinthinae rectific. 2,5.

Misce.

Liquor Calcii chlorati.

Liquor Calcariae muriaticae.

Rp. Calcii chlorati puri q. s.

Solve in

Aquae destillatae quantitate dulpa.

Filtra. (Residuum e paratione Ammonii caustici soluti ne adhibeatur).

Liquor Natri nitrici.

Salpetermin. St. Peterstropfen.

Rp. Natri nitrici puri P. 1.

Solve in

Aquae destill. P. 2.

Tum filtra. Nitrum Chilense, quod in merce pretio viliori occurrit, ne adhibeatur.

Magnesia tartarica.

Rp. Acidi tartarici q. v.

Solutum in

Aquae destillatae fervidae quantitate duplice

filtra, tum adde

Magnesia carbonicae in frustula redactae quantum ad neutralisationem requiritur. Tum liquorem calore balnei aquae ad siccum redige.

Tinctura Artemisiae.

Rp. Rad. Artemisiae incis. 150,0.
Superinfusa.

Aquae destillatae et

Spiritus Vini rectfss. aa 360,0,
digere per dies tres, tum exprime et filtra. Eodem modo paretur:

Tinctura Nucum vomicarum.

Tinctura Chelidonii.

Rp. Herbae Chelidonii majoris fluorescentis q. v.

Herba in mortario lapideo contusa fortiter exprimatur. Succus inde obtentus, commixtus cum

Spiritus Vini rectfss.

aequali quantitate, saepius agitando, per aliquot dies digeratur, postremum filtretur.

Eodem modo paretur:

Tinctura Bursae pastoris.

Tinctura Cupri acetici.

Rp. Cupri sulfurici puri 90,0
Plumbi acetici 112,5.

Conterendo commisceantur, donec in pulvem confluentem inversa fuerint. Tum in lebetem cupreum immissa, affusis

Aquae destillatae 510,0,
fac ut ebulliant. Mixturae refrigeratae immiscee

Spiritus Vini rectfss. 390,0,
tum interdum agitando per hebdomades quatuor sepone, denique filtra.

Tinctura Ferri acetici.

Rp. Ferri sulfurici cryst. 86,25
Plumbi acetici 90,0.

In mortarium ferreum immissa conterantur, donec in massam pultiformem conversa fuerint. Quo facto massam, affusis

Aquae destillatae 180,0
Aceti Vini optimi 360,0,

in lebetem ferreum immitte, fac ut ebulliat et post refrigerationem admisce

Spiritus Vini rectifss. 300,0.

Deinde mixtura liquida in vase bene clauso per aliquot menses seponatur, interdum agitando. Filtratio tunc efficiatur, si liquor colore rubicundum duxerit. Liquor sit saporis odorisque vini Malacensis.

Tinctura Seminum Cardui Mariae.

Rp. Fructuum Cardui Mariae (Silybimariani *Gaertn.*) 1800,0.

Fructus integri (non contusi), superinfusi

Spiritus Vini rectifss.

Aquae destill. aa 1800,0

per octo dies digerantur et saepius agitentur, dein tinctura ope preli collecta filtretur.

Unguentum Bursae pastoris.

Rp. Herbae Capsellae Bursae pastoris *Moench.*, recentis contusae 360,0

Adipis suilli 720,0.

Coque leni calore, donec humidum consumptum fuerit, tum exprime. Ad ligamenta.

Unguentum Calaminaris.

Rp. Adipis suilli 360,0

Cerae flavae 90,0.

Modico igne liquatis immisce

Lapidis Calaminaris

Boli Armenae

Lithargyri

Plumbi carbonici aa 60,0

omnia optime contrita. Ante refrigerationem perfectam adde

Camphorae tritae 7,5.

Unguentem loco frigido servetur.

Usus: Ad ligamentum asthecillorum (*Fussgeschwüre*).

Unguentum Jodi.

Rp. Jodi puri 1,6.

Jodum ope Spiritus Vini rectifss. guttis nonnullis contritum commisceatur cum

Adipis suilli 30,0.

Zincum aceticum.

Rp. Zinci sulfurici crystallisati puri 10,0

Plumbi acetici cryst. puri 13,3.

Utrumque sal seorsim solvatur

Aquae destillatae fervidae

quantitate decupla, tum liquores commisceantur. Per liquorem a sedimento orto filtrando separatum

Gas hydrosulfuratum

ducat, quamdiu praecipitatum plumbum e fusco nigro efficitur. Tum liquor Zincum aceticum continens evaporando et l. a. in crystallam redigatur.

Formulae magistrales Viennenses clinicae.

Acidum Reitzii comp.

Rp. Acidi nitrici conc. 125,0

Acidi hydrochloric. conc. 10,0

Aetheris 10,0

Boracis Venetae 2,5.

M.

Aqua Conradi.

Rp. Mercurii sublim. corros. 0,03

Aquae destill. 120,0

Tincturae Opii spl. *Gutt.* 10

Mucilaginis Cydonior. 4,0.

M. S.: *Augenwasser, 3—4 mal am Tage die Lidränder zu benetzen.*

Pilulae arsenicales.

Hebrae.

Rp. Acidi arsenicosi 0,06

Mucilaginis Gummi Arab.

Aquae fontanae aa q. s.

M., ut fiant pilulae Nr. 12.

Signa: Täglich 1 Stück.

Pilulae Asiaticae.

Rp. Acidi arsenicosi 4,0

Piperis nigri pulv. 35,0

Gummi Arabici 7,5

Aquae communis

Gummi Arabici aa q. s.

M., ut fiant pilulae Nr. 800.

S. 1—3 Pillen täglich. — Pilula continet 0,005 Acidi arsenicosi.

Solutio arsenicalis Bietti.

Rp. Ammonii arsenicosi 0,25
Aquae destillat. 125,0.

M.

Solutio Donovanii

ab Hebra modificata.

Rp. Arsenici albi 2,5
Mercurii vivi 6,5
Jodi puri 5,0.

Terantur cum pauxillo Alcoholis rectificati usque ad siccitatem, tum adde:

Aquae destillat. 1080,0
Acidi hydrojodici 80,0

(parata ex Jodi 2,0 et Aquae destillatae ea copia, ut liquoris 80,0 exhibeantur). *Dos.* Guttae 4 ter p. die, quotidie dosin guttis 2 augendo, donec dosis ad guttas 80 ascensa fuerit, dein uno atque eodem modo dosis minuatur (exanthemata chronica, cancer mammarum).

Solutio Pearsonii.

(Aqua arsenicalis Pearsonii.)

Rp. Natri arsenicosi 0,25
Aquae destillatae 150,0.

M.

Solutio Plenkii.

Rp. Mercurii sublimati corrosivi
Aluminis aa 1,0

Cerussae
Camphorae aa 1,3
Aceti Vini

Spiritus V. rectifss. aa 125,0.

M.

Solutio Vlemingx ab Hebra modificata.

Rp. Calcis vivae 350,0
Aquae fontanae q. s.,
ut fiat pulvis aequabilis, cui admisce
Sulfuris citrini 700,0
Aquae fontis 7000,0.

Coquantur ad remanentiam 4200,0.
D. Antipsoricum.

Tinctura contra Scabiem.

Hebra's Theerseifenlösung.

Rp. Florum Sulfuris 60,0

Hager.

Cretae pulveratae 120,0
Bituminis Fagi 180,0
Saponis viridis
Spiritus Vini rectific. aa 360,0.

M.

Für zehn Personen hinreichend. Die Kranken werden zuerst gebadet und mit Schmierseife abgerieben, dann mit dieser Mischung bestrichen. Das Verfahren wird an zwei auf einander folgenden Tagen wiederholt und nach abermals 24 Stunden ein Reinigungsbad gegeben.

Unguentum contra Scabiem,

ab Hebra praeceptum.

Rp. Sulfuris venalis
Olei Fagi aa 180,0
Cretae laevigatae 150,0
Saponis viridis
Axungiae porcin. aa 360,0.

M.

(Bei Weibern.) Nur die Theile, wo Milchgänge sind, werden damit durch zwei Tage täglich zweimal eingerieben, die geschmierten Stellen durch Einwickelung in Lappen ausser Berührung mit dem übrigen Körper gesetzt; nach der vierten Einreibung geht die Kranke in ein laues Bad, nachdem man vorher die noch anklebende Salbe sorgfältig durch Seifenwaschungen entfernt hat.

Unguentum Diachyli.

Rp. Emplastri Diachyli simpl.
Olei Lini recentis aa P.

M. leni igne.

Unguentum Helmundi (arsenicale).

Rp. Pulveris Cosmi P. 1
Unguenti Helm. narc. bals. P. 8.

M. D.

(Ungt. Helmundi narcotico-balsam.: Plumb. acet. 2,5; Extr. Conii 8,0; Tinct. Opii 1,25; Bals. peruv. 8,0; Ungt. simpl. 60,0.)

Unguentum Pagenstecheri.

Rp. Hydrargyri oxydati, via humida praep. 0,12

22

Unguenti Anglicani (*Cold cream*) 4,0.

M.

**Unguentum Rochardi
contra Scabiem**

ab Hebra modificatum.

Rp. Calomelanos 1,25
Jodi puri 0,42.

Mixtis admisce

Axungiae porcinae 15,0 vel
30,0 vel 60,0.

Unguentum Walhofii.

Rp. Mercurii praec. rubri 4,0
Unguenti simplicis 30,0.

M.

Unguentum Wilkinsonii.

a) Formula originalis.

Rp. Picis liquidae
Saponis domestici
Axungiae porcinae
Florum sulfuris aa 250,0
Terrae cretosae 125,0

M. Hydrosulfureti Ammonii 10,0.

b) Ab Hebra modificata.

Wilkinson's Salbe. Hebra's Itch Ointment.

Rp. Sulfuris depurati
Olei Fagi aa 180,0
Saponis viridis
Axungiae porcinae aa 360,0
Cretae albae 120,0.

M. D. contra scabiem.

**Formulae Pharmacopoeae militaris
Borussicae.**

**Calcaria hydrica cum
Sulfure.**

Rp. Calcariae recens ustae P. 3.
Aquae P. 2
exstinctis, admisceantur
Sulfuris sublimati P. 6.

**Decoctum Chinae
cum Acido hydrochlorico
paratum.**

Rp. Cort. Chinae Calisayae cont.
P. 8.
Superfusae
Aquae fervid. P. 32 et
Acidi hydrochlorati P. 1
per noctem macerentur, tum affusis
Aquae fervidae P. 136
ebulliant, ut colaturae P. 52 efficiantur.
Residuum aqua eluatur, donec
colaturae totius pondus exaequet P. 62,
quibus admisceantur
Tinct. aromaticae P. 2.

**Elixir amarum
concentratum.**

Rp. Extracti Absinthii P. 4

Tinct. aromatico-amarae P. 2
Elaeosacch. Menth. pip. P. 1
Aquae P. 4.
Miscee et solve.

**Elixir amarum
ordinarium.**

Rp. Elixirii amari concentr. P. 1 et
Aquae P. 6.
Misceantur.

Empl. glutinosum.

Rp. Gelatinae purae P. 4.
Solutis aquae P. 22 et commixtis cum
Spir. V. rectfss. P. 12
adhuc calidis ope penicilli vel spongiae
marinae tela gossypina (*Shirting*)
expansa et antea glutine amylaceo, ex
Amyli P. 1 et
Aquae ferv. P. 12
parato, illita oblinatur, quae siccetur.
Ad illinanda 20600 Centimetra quadrata
sufficiant Amyli 12,0 et circiter
100,0 Gelatinae.

Emulsio communis.

Rp. Amygdalar. dulc. aut Sem.
Cannabis 20,0

Sacchari albi 10,0
Aquae filtratae q. s.,
ut emulsio colata 250,0 expleat.

Emulsio oleosa.

Rp. Emulsum paratum ex Olei
Olivae Provinc. P. 2
Gummi Arabici P. 1
Aquae P. 16
Sacchari P. 1.

**Fumigationes Chlorig
s. oxymuriaticae.**

Rp. Calcariae hypochlorosae P. 1.
Superfundatur
Acidi hydrochlorici crudi P. 5.

Infusum Sennae comp.

Rp. Fol. Sennae P. 2.
Superfundantur
Aquae fervid. P. 13.
In colatura solvantur
Natri sulfurici P. 2,
tum addantur
Syrupi Sacchari P. 4.

Linimentum ammoniat.

Rp. Olei Oliv. communis P. 4 et
Liq. Ammonii caust. P. 1.
Conquassentur.

**Fructus Colocynthis
praeparati.**

Trochisci Alhandal.

Rp. Fructuum Colocynthis a
cortice exteriori mundato-
rum et a seminibus li-
beratorum P. 5.

Minutim concisis admisce

Gummi Arabici pulv. P. 1

Aquae destillatae q. s.,

ut fiat contundendo in mortario ferreo
pasta, quae exsiccata in pulverem sub-
tilem redigatur.

Dosis: 0,05—0,1—0,3 bis terve per
diem. Dos. max.: 0,3, pro die 1,0.
Dos. in unguine: 1,0:10,0 adip., lanolin.

**Linimentum
saponato-camphoratum**
(Opodeldoc).

Rp. Sap. medicati P. 30
Camph. P. 10
Spirit. V. rectifss. P. 400
Ol. Rosmarini P. 4
Liq. Ammonii caust. P. 20.
Miscce leni calore et conquassa.

Liquor Ammonii acetici.

Rp. Ammon. carb. P. 1 et
Aceti P. 18
vel quantum ad neutralisationem re-
quiritur. Filtretur.

**Pilulae ex Hydrargyro
bichlorato corrosivo.**

Rp. Hydrargyri bichlorati corro-
sivi 0,6
Opium pulv. 0,3
Rad. Glycyrrhizae pulv. 7,5
Succi Glycyrrhizae dep. 2,5
Aquae destill. q. s.

Hydrargyrum bichloratum corrosi-
vum Aquae fervidae quantitate
sufficiente solvatur, tum solutioni
Opium, radix succusque Glycyrrhizae
exactissime admisceantur, ut fiat massa
pilularis, ex qua formentur pilulae
centum (100), ut pilulae singulae con-
tineant Milligrammata sex Hydrargyri
bichlorati et Milligrammata tria Opium.

Fucus vesiculosus tostus.

Pulvis Quercus marinae. Aethiops
vegetabilis.

Paretur modo quo Carbo Spongiae
e Fuco vesiculoso siccato.

Contra scirrhum, scrofulosin, stru-
mam laudatus.

Fumigatio Chlorig

s. oxymuriatica s. Guytoniana.
Species pro fumigatione Chlorig. Pulvis
ad fumigationes chlorinas.

Chlor-Räucherung.

Rp. Mangani hyperoxydati na-
tivi pulverati P. 3.
Natrii chlorati venalis P. 6.
Exacte misceantur.

Porro

Rp. Acidi sulfurici Anglici concentr. P. 4

Aquae quantitate aequali dilutas.

Utrumque paretur ex tempore et seorsim dispensetur.

Fumigationes Chlori

Ph. Germanicae.

Ad fumigationem fortiorem Sal culinare cum pari pondere Mangani hyperoxydati mixtum Acidi sulfurici crudi partibus duabus, antea aquae parte una dilutis, superfundatur.

Ad fumigationem mitiorem Calcariae chloratae cum aqua ad pulterem mixtae Acetum addatur.

Suffumigatio Guytoniana.

Rp. Salis culinaris 250,0

Mangani hyperoxydati 100,0

Acidi sulfurici crudi 200,0

Aquae 200,0.

Sal culinare et Manganum hyperoxydatum commixta et in vas fictile immixta aqua superfundantur et supra foculum ferventem collocantur, deinde Acidum sulfuricum addatur.

Quantitates supra notatae ad fumiganda metra cubica centum sufficiunt. Ph. Gall.

Fumigatio cinnabarina.

Fumigatio mercurialis.

Rp. Cinnabaris P. 2

Olibani P. 1.

M. f. pulvis grossus. In laminam ferream ignitam inspergitur.

Fumigatio foetida**s. antihysterica.**

Rp. Cornu Cervi raspati P. 4

Asae foetidae P. 1.

In pulverem grossiorem conversae et mixtae prunis inspergantur. Fumus inde ortus a mulieribus hystericis inhalatur.

Fumigatio mercurialis fortior.

Rp. Calomelanos praep. P. 1

Sacchari albi

Olibani aa P. 2.

M. f. pulvis.

Fumigatio nitrosa

s. Smithiana. Species ad fumigationem nitricam Smithii.

Rp. Acidi sulfurici Anglici conc. 100,0.

Cante mixta cum

Aquae 50,0

calefiant in patina argillacea prunis ardentibus imposita; tum sensim injice

Kali nitrici crudi pulv. 100,0, cavendo, ne alteram copiam addas, antequam antecedens penitus decomposita fuerit.

Fumigatio sulfurosa.

Suffumigatio sulfurosa. Schwefelrucherung.

Rp. Sulfuris fusi contusi q. v.

In vase fictili ad stratum 5mm crassum extendatur, tum spiritu vini conspersum accendatur. Hoc vas in vas fictile majus imponendum et locus infumandus claudendus est.

Centum metra cubica postulant sulfuris kilogrammata tria ad quatuor.

Ph. Gall.

Pars dimidia quantitatis notatae sulfuris etiam plerumque sufficit.

Furfur Amygdalarum.

Mandelkleie.

Amygdalae dulces degluptae, grosse pulveratae et forti pressione ab oleo pingui liberatae in pulverem fere subtilem transducantur. Ad pulveres cosmetics adhibetur.

Gargarisma antidiphtheriticum

Seifert.

Rp. Chinolini 1,0

Spiritus Vini 50,0

Aquae destillat. 500,0

Olei Ment. pip. Gutt. 2.

M. D. S. Zum Gurgeln.

Gargarismata.

Gurgelwasser. Mundspulwasser.

Gargarisma aluminatum s. adstringens. Aluminis 5,0 et Mellis ro-